τ iō de patiā τ pſeuerātia fuer̄t dāda p̄cepta
¶ Ad ſecūdū dicendū q̄ ſicut ſ̄ dictū eſt: p̄ce
pta affirmatiua τ ſi ſp obligēt nō tñ obligāt
ad ſp ſ3 ꝑ loco τ tpe. τ iō ſic̄ p̄cepta affirma
tiua q̄ de patia dant̄ ſūt accipiēda ſm̄ p̄pati
onē aī ut. ſ. hō ſit pat⁹ ea adīplere cū op⁹ fue
rit. ita etiā τ p̄cepta patie. ¶ Ad t̄tiū dicendū q̄
fortitudo ſm̄ q̄ diſtiguit̄ a patia τ pſeuerā
tia ē circa maxia picula i qb⁹ ē cauti⁹ agēdū
nec oȝ aliqd det̄miari i pticulari qd ſit faciē
dū ſ3 patia τ pſeuerātia ſūt circa miores affli
ctōes τ labores. τ iō magl ſine piculo pōt in
eis det̄miari qd ſit agēdū maxie i uniuerſali

# Onſequent̄

ſiderādū ē de tpātia. Et p̄
qdē de ipa tpātia. 2° d̄ ptib⁹
eius. 3° de p̄ceptl ipi⁹. Circa
tpantiā aūt p̄ ſiderare oȝ d̄
ipſa tpātia. 2° d̄ uitiys oppoſitl. ¶ Circa p̄mū
q̄rūt̄ octo. p̄ vtꝝ tpantia ſit vt⁹. 2° vtruȝ ſit
vt⁹ ſpālis. 3° utꝝ ſit ſolū circa ꝯcupiſcētias
τ delectatōes. 4° vtꝝ ſit ſolū circa delecta
tiōes tact⁹. 5° utꝝ ſit circa delectatōs guſt⁹
iq̄tū ē guſt⁹: uł ſolū inq̄tū ē tactus qdam.
¶ 6° q̄ ſit regula tpantie. 7° vtꝝ ſit vt⁹ cardi
nalis ſeu p̄ncipal̄. 8° vtꝝ ſit potiſſima vtutū

## Ad primuȝ ſic proce

dit̄. Videt̄ q̄ tpantia nō ſit vt⁹. Nulla. n. vir
t⁹ repugnat iclinatōi nāe eo q̄ i nob̄ ē nālis
aptitudo ad uirtutē ut d̄r i 2° ethicoꝝ. ſ3 tpā
tia retrahit a delectatōib⁹ ad q̄s nā iclinat
ut d̄r i 2° ethicoꝝ. ḡ tpātia ñ ē vt⁹. ¶ P. Vir
tutes ſūt ꝯnexe ad inicē ut ſ̄ hitū ē. ſ3 aliqui
hn̄t tpātiā q ñ hn̄t alias uirtutes. mlti. n. iuēi
unt̄ tpati q tñ ſūt auari ł timidi. ḡ tpātia ñ ē
uirt⁹. P. Cuilib3 uirtuti r̄ndet aliqđ donuȝ
ut ex ſ̄ dictl pȝ. ſ3 tpantie ñ ur̄ aliqđ donū r̄n
dē: q2 iā i ſupiorib⁹ dōa oia ſūt alys vtutib⁹
attributa. ḡ tpantia ñ ē uirt⁹. ¶ S3 ꝯ eſt qđ
Aug⁹ dic i 6° muſice. Ea ē vt⁹ q̄ tpantia noī
nat̄. R° dicendū q̄ ſicut ſ̄ dictū ē: d̄ rōne uir
tutl ē ut iclinet hoīeȝ ad bonū. bonū āt hoīs
ē ſ3 rōnē eē ut Dyo⁹ dic 4° ca° d̄ diui. no. τ
iō uirt⁹ hūana ē q̄ iclinat ad id qđ ē ſ3 rōnē.
maxie aūt ad h̄ iclinat tpantia. nā i ei⁹ noīe
iportat̄ q̄dā moderatō ſeu tēpies quā ratio
facit. τ iō tpantia ē uirt⁹. ¶ Ad p̄mū ḡ dicendū
q̄ nā iclinat i id qđ ē ꝯuēiens unicuiq3. vnđ
hō nālit̄ appetit delectatōnē ſibi ꝯueniētē3:
q2 uero hō iq̄tū h⁹mōi ē rōnal̄: ꝯñs eſt q̄ d̄
lectatōes ſūt hoī ꝯuēiētes q̄ ſūt ſ3 rōnē. et
ab his ñ retrahit tpantia ſ3 poti⁹ ab his q̄ ſūt
ꝯ rōnē. vñ pȝ q̄ tpantia ñ ꝯriat̄ icliatōi nāe
hūane ſ3 ꝯuēit cū ea. ꝯriat̄ tñ icliationi nāe
beſtialis ñ ſubiecte rōni. ¶ Ad ſecūdū dicendū
q̄ tpantia ſm̄ q̄ pfecte h3 rōnē vtutl ñ ē ſine
prudētia q̄ carent q̄cūq3 uitoſi. τ iō illi q ca
rēt alyſ vtutib⁹ oppoſitis uitys ſbditi: ñ hn̄t
tpantiā q̄ ē uirt⁹ ſ3 opant̄ act⁹ tpantie ex q̄
dā nāli diſpōne ꝑut uirtutes q̄dā ipfcē ſūt
hoib⁹ nāles ut ſ̄ dictū ē ł ꝑ ꝯſuetudinē acq
ſitā: q̄ ſine prudētia ñ hn̄t pfectōȝ rōnis ut ſ̄
dictū ē. ¶ Ad t̄tiū dicendū q̄ tpātie etiā r̄ndet
aliqđ donū. ſ. timorl q̄ aliqs refrenat̄ a dele
ctatōib⁹ carnis: ſ3 illđ p̄s. Cōfige timore tuo
carnes meas. donū aūt timorl p̄ncipalit̄ qdē
reſpicit deū c⁹ offēſaȝ vitat. τ ſm̄ h̄ corr̄ndȝ
uirtuti ſpei ut ſ̄ dictū ē. ſcđario aūt pōt r̄ſpi
cere q̄cūq3 aliqs refugit ad uitādā dei offēſā
maxime aūt hō idiget tiore diuo ad fugiēdū
ea q̄ maxime alliciūt circa que ē tpantia. et
iō tpantie etiā reſpondet donū timoris.

## Ad ſecunduȝ ſic pro

cedit̄. Videt̄ q̄ tpantia ñ ſit ſpālis uirt⁹. Dic
enī Aug⁹ i li° d̄ morib⁹ eccl̄ie q̄ ad tpātiā p
tinet deo ſe itegre icorruptūq3 ſuare. ſ3 h̄ cō
uenit oī uirtuti. ḡ tpantia ē uirt⁹ gnālis. P.
Amb° dic i p̄ de officys. q̄ i tpātia maxime
trāqllitaſ aī ſpectat̄ τ q̄rit̄. ſ3 h̄ ptiet ad cōeȝ
virtutē. ḡ tpātia ē gnāl uirt⁹. ¶ P. Tulli⁹ dic
i p̄ d̄ officys. q̄ decoꝝ ab hōeſto neqt ſepari
τ q̄ iuſta oia decora ſūt. ſ3 decoꝝ ꝑpe ꝯſide
rat̄ i tpātia ut ibidē d̄r. ḡ tpātia ñ ē ſpāl uirt⁹
S3 ꝯ ē q̄ phs i 2° τ 4° ethicoꝝ pōit eā ſpe
cialē uirtutē. ¶ R° dicendū q̄ ſ3 ꝯſuetudinem
hūane locutōis aliq̄ noia cōia reſtrigūt̄ ad
ea q̄ ſūt p̄cipua iť illa q̄ ſub tali cōitate ꝯtien
tur: ſicut nomē vrbis accipit̄ antonomati
ce ꝑ Roma. Sic ḡ nomen tpantie duplicit̄
accipi pōt. Vno° ſ3 cōitatē ſue ſigtōis. τ ſic
tpātia ñ ē vt⁹ ſpālis ſ3 gnāl: q2 nomē tpātie
ſigt q̄ndā tēpie. i. moderatōȝ quā rō pōit in
hūanis opatōib⁹ τ paſſiōib⁹: qđ ē cōe i oī v
tute morali. differt tñ rōne tpantia a fortitu
dīe etiā ſ3 q̄ vtraq3 ſumit̄ ut uirt⁹ cōis naȝ
tpantia retrahit ab his q̄ ꝯ rōnē appetitū al
liciūt. fortitudo āt ipellit ad ea ſuſtienda uł
aggrediēda ꝑpt̄ q̄ hō r̄fugit bonū rōnis. Si
uero ꝯſidert̄ āthonomatice tpātia ſ3 q̄ r̄fre
nat appetitū ab hiſ q̄ maxie alliciūt hoīeȝ: ſic
ē ſpālis uirt⁹: utpote hn̄s ſpālē māȝ: ſicut τ
fortitudo. ¶ Ad p̄mū ḡ dicendū q̄ appetit⁹ ho
mis maxie corrūpit̄ ꝑ ea qbus allicit̄ hō ad

recedēdū a regula rōnis ꝛ legis diue. ꝛ iō ſi
cut ipſū tpātie nomē pōt dupliciť ſumi. vno⁹
cōiter. alio⁹ excellēť. ita ꝛ itegritas quā tpan
tie Aug⁹ attribuit. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ ea cir
ca q̄ ē tpātia maxime pñt aīmū īqetare ꝓpt
ħ ꝙ ſūt hoī eēntialia ut. i. diceť. ꝛ iō trangllí
tas aī p quādam excellētiā attribuiť tpātie:
q̄uis cōiter ꝯueniat oīb⁹ ꝟtutib⁹. ¶ Ad t̄tiū
dō ꝙ q̄uis pulcbritudo ꝯueniat cuilibꝫ vir
tuti. excellēť tñ attribuiť tpātie duplici rōne
p̊ gdē ſm rōnē cōem tpātie ad quā ptinet q̄
dam moderata ꝛ ꝯueniēs ꝓportio ī q̄ ꝯſiſtit
rō pulchritudis ut pꝫ p Dyo. 4°. ca°. de diui.
no. ali° ga ea a qb⁹ refrenat tpātia ſūt īfima
ī hoīe ꝯueniētia ſibi ſm nām beſtialē ut. i. di
ceť. ꝛ iō ex eis maxime nat⁹ ē hō deturpari.
ꝛ p ꝯñs pulchritudo maxime attribuiť tpā
tie q̄ p̄cipue turpitudinē hoīs tollit. ꝛ ex eađ
rōne honeſtū maxime attribuiť tpātie. dic.
n. Iſidor⁹ ī li° ethimologiaꝝ. Honeſtus dť
q nil hꝫ turpitudis. nā honeſtas dť q̄ſi hōris
ſtatus q maxime ꝯſiderať ī tpātia q̄ repellit
vitia maxime opprobrioſa ut. i. diceť.

## Ad tertiuꝫ ſic procc/

diť. Videť ꝙ tpātia nō ſit ſolū circa cōcupi
ſcētias ꝛ delectatiōes. Dic. n. Tulli⁹ ī ſua re
thorica ꝙ tpātia ē rōnis ī libidinē atqꝫ ī ali
os nō rectos īpetus aī firma ꝛ moderata do
minatio. ſꝫ īpet⁹ aī dicuť oēs aī paſſiōes. ğ
vř ꝙ tpātia ñ ſit ſolū circa ꝯcupias ꝛ ðlecta
tiones. ¶ P̄. Virtus ē circa difficile ꝛ bonū
ſꝫ difficilius vř eē tpare timorē maxime cir
ca picľa mortꝭ q̄ꝫ moderari ꝯcupias ꝛ delec
tatiōes q̄ ꝓpť dolores ꝛ picľa mortis ꝯtēnū
tur ut Aug⁹ dic ī li°. 83. q̄ſtionū. ğ vř ꝙ tēpā
tie vt⁹ ñ ſit p̄cipue circa ꝯcupias ꝛ ðlectatio
nes. P̄. Ad tpātiā ptiet moðratiōis gr̄a ut
Amb°. dici p̊ ð officiys. ꝙ ad tpātiā ptiet oīſ
ſedatio pturbationū aī ꝛ rex mod⁹. oꝫ āt mo
dū ponere nō ſolū ī ꝯcupiſcētys ꝛ ðlectatio
nib⁹ ſꝫ ēt ī extiorib⁹ actib⁹ ꝛ qb⁹libꝫ extiori
b⁹. ğ tpātia nō ē ſolū circa ꝯcupias ꝛ ðlecta
tōes. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qđ Iſidor⁹ dic ī li° ethimolo
giaꝝ ꝙ tpātia ē q̄ libido ꝯcupiaqꝫ refrenať.
¶ R⁹ dō ꝙ ſic ſ̄ dictū ē: ad ꝟtutē moralē p
tinet ꝯſeruatio boni rōnis ꝯ̄ paſſiones rōni
repugnātes. mot⁹ āt paſſionuꝫ aīe ē duplex
ut ſ̄ dictū ē cū ð paſſiōib⁹ ageť. vn⁹ gdē ſm
ꝙ appetit⁹ ſēſitiuus ꝓſeqť ſēſibilia ꝛ corpa
lia bōa. ali⁹ āt ſcōm ꝙ refugit ſēſibilia ꝛ cor
palia mala. p̄m⁹ āt mot⁹ appetit⁹ ſēſitiui p̄ci
pue r̄pugñt rōni p ī moderātiā. nā bōa ſēſibi
lia ꝛ corpalia ſm ſuā ſpēꝫ ꝯ̄ſiderata ñ repug
nāt rōni ſꝫ magꝭ ſeruiūt ei ſic īſtrumēta qb⁹
rō vtiť ad ꝓſecutionē ꝓpꝛiȷ finis. repugñt āt
ei p̄cipue ſm ꝙ appetit⁹ ſēſitiu⁹ ī ea tēdit ñ
ſm moꝫ rōnis. ꝛ iō ad ꝟtutē moralē ptiet ꝓ
p̄e h⁹mōi paſſiōes moderari q̄ īportāt bōi ꝓ
ſecutōꝫ mot⁹ āt appetit⁹ ſēſiti refugiētis ma
la ſenſibilia p̄cipue ꝯ̄riať rōni: ñ gdē ſm ſuā
īmoðrātiā ſꝫ maxie ſꝫ ſuū effectū: ꝓut. ſ. ali
q refugiēdo mala ſēſibilia ꝛ corpalia q̄ īte dū
ꝯcomitāť bonū rōnis: p ꝯñs diſcedit ab ipo
bono rōnis: ꝛ iō ad ꝟtutē moralē ptiet ī hui⁹
mōi firmitatē p̄ſtare ī bono rōnis. ſic ğ ꝟtus
fortitudīs ð cui⁹ rōne ē firmitatē p̄ſtare p̄ci
pue ꝯſiſtit circa paſſionē ptinētē ad fugam
corpaliū malorū. ſ. circa tiorē ex ꝯñti aūt cir
ca audaciā q̄ aggrediť t̄ribilia ſub ſpe alicui⁹
bōi: ita etiā tpātia q̄ īportat moderationem
quādā: p̄cipue ꝯſiſtit circa paſſiōes tēdētes
ī bōa ſēſibilia. ſ. circa ꝯcupiam ꝛ ðlectatiōꝫ.
ex ꝯſequēti aūt circa triſticias q̄ ꝯtigunt ex
abſētia taliū ðlectationū. naꝫ ſicut audacia
p̄ſupponit t̄ribilia. ita etiā triſticia talis ꝓue
nit ex abſentia p̄dictaꝝ delectationū. ¶ Ad
p̄mū ğ dō ꝙ ſicut ſ̄ dictū ē cū ð paſſiōibus
ageť: paſſiōes q̄ ptinēt ad fugā mali p̄ſuppo
nūt paſſiōes que ptinēt ad ꝓſecutiōeꝫ boni
ꝛ paſſiones iraſcibilis p̄ſupponūt paſſiōes
ꝯcupiſcibilis. ꝛ ſic duꝫ tpātia directe modifi
cat paſſiōes ꝯcupiſcibilis tēdētes ī bonū: p
quādā ꝯſeq̄ntiā mōificat oēs alias paſſiōes
ī q̄tū ad moderātiā prioꝝ paſſionū ſeqť mo
derātia p⁹tioꝝ: q. n. ñ īmoderate ꝯcupiſcit:
ꝯñs ē ut moderate ſperꝫ. ꝛ moderate ð abñ
tia ꝯcupiſcibiliuꝫ triſteť. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ
ꝯcupia īportat īpetū quēdā appetit⁹ ī delec
tabile q īdiget refrenatiōe: qđ ptinet ad tpā
tiā. ſꝫ timor īportat retractionē quādā aī ab
aliquibus malis. ꝯ̄ qđ īdiget homo aī firmi
tate q̄ꝫ p̄ſtat fortitudo. ꝛ iō tpātia ꝓp̄e ē cir
ca ꝯcupias: fortitudo circa timores. ¶ Ad
t̄tiū dicēdū ꝙ extiores act⁹ ꝓcedūt ab intio
ribus aīe paſſiōibus. ꝛ iō moderatio eoꝝ de
pendet a moderatiōe interioꝝ paſſionū.

## Ad quartum ſic pro

cediť. Videť ꝙ tpātia ñ ſolū ſit circa ꝯcipi
ſcētias ꝛ ðlectatiōeſ tact⁹. Dic. n. Aug⁹ ī li° ð
morib⁹ ecclie ꝙ mun⁹ tpātie ē ī cohercēdis
ſedādiſqꝫ cupiditatib⁹ qb⁹ verſamur in ea q̄
nos auertūt a legib⁹ ði ꝛ a fructu bonitatꝭ ei⁹
ꝛ p⁹ pauca ſubdit: ꝙ officiū tpantie ē ꝯtēneť

oēs corpales illecebras: laudē ꝙ ppl'arem. ſʒ
nō ſolū cupiditates delectationū tact⁹ auer-
tūt nos a legib⁹ dei ſʒ etiā ɔcupie ðlectationū
alioꝝ ſenſuum q̄ etiā ptinēt ad illecebras cor
pales. ⁊ ſilit̄ cupiditates diuitiaꝝ uel etiā mū
dane glie. Vn̄ dr̄. i. ad Thimoth. vlt. ꝙ radix
oīuʒ maloꝝ ē cupiditas. g̊ tpātia n̄ ē ſolū cir
ca ɔcupias delectationū tact⁹. ¶ P̄. phs dic ī
4º. ethicoꝝ ꝙ ille q ē paruis dign⁹ ⁊ his dig
nificat ſeipſū ē tpatus: nō aūt magnim⁹. ſed
honores pui uel magni de qb⁹ ibi loqt̄ non
ſūt delectabiles ſm tactū ſʒ ſm apphēſionē
aīalē. g̊ tpātia nō ē ſolū circa ɔcupias delec-
tatōuʒ tact⁹. ¶ P̄. Ea q̄ ſūt vni⁹ generl vidē-
tur eadē rōne ptinē ad mām alicui⁹ vtutis. ſʒ
oēs delectatiōes ſenſuū videt̄ eē vni⁹ gene
ris. g̊ pari rōne ptinēt ad mām tpātie. ¶ P̄
Delectatiōes ſpūales ſunt maiores ꝙ̄ corpa
les ut ē habitū ē cū de paſſioib⁹ agert̄. ſʒ qn̄ʒ
ꝑpt ɔcupias delectationuʒ ſpūaliū aliq diſ-
cedūt a legib⁹ dei ⁊ a ſtatu vtutl: ſicut ꝑpter
curioſitatē ſcīe. vn̄ ⁊ p̄ hōi diabol⁹ ſciaʒ ꝑmi
ſit Gen̄. 2º. dicēs. Eritl ſicut dij ſciētes bonū
⁊ malū. g̊ n̄ ſolū tpātia ē circa delectationes
tact⁹. ¶ P̄. Si delectatiōes tact⁹ eēnt ꝑpa
mā tpātie oportēt ꝙ circa oēs delectatiōes
tact⁹ tpātia eēt n̄ āt ē circa oēſ: puta circa eaſ
q̄ ſūt ī ludis. g̊ delectatiōes tact⁹ nō ſūt ꝑpa
mā tpātie. ¶ Sʒ ɔ̄ ē qd phs dic ī 3º. ethicoꝝ
ꝙ tpātia ꝑpe ē circa ɔcupias ⁊ delectatiōeſ
tact⁹. ¶ R̄x⁰ dicēdū ꝙ ſicut ē dictū ē: ita ē tē
perātia circa ɔcupias ⁊ delectationes ſicut
fortitudo ē circa timores ⁊ audacias reſpcū
maximoꝝ maloꝝ qb⁹ ipa nā extiguit̄ q̄ ſūt
picula mortl. vn̄ ſilit̄ tpātia oʒ ꝙ ſit circa ɔcu
pias maximaꝝ delectationū. ⁊ qa delectatio
ɔ̄ſeqt̄ opatiōeʒ nālē: tāto aliq̄ delectatiōes
ſūt vehemētiores quāto ɔſequūt̄ opatiōes
magl nāles. maxīe āt nāles aīalib⁹ ſūt opati-
ones qb⁹ ɔſeruat̄ nā īdiuidui p cibū ⁊ potū.
⁊ nā ſpēi p ɔiūctiōeʒ maris ⁊ fēie. ⁊ iō circa
ðlectatiōes ciboꝝ ⁊ potuū ⁊ circa delectatio
nes' venereoꝝ ē ꝑpe tpātia h⁹mōi āt delecta
tōnes ɔſequūt̄ ſēſū tact⁹. vn̄ relīqt̄ ꝙ tpātia
ſit circa delectatiōes tact⁹. ¶ Ad pmuʒ g̊ dō
ꝙ Aug⁹ ibi videt̄ accipe tpātiā nō ſm ꝙ eſt
ſpāl' vtus hn̄s detmīatā mām ſʒ ſm ꝙ ad eā
ptinet moderatio rōnis ī q̄cūꝙ̄ mā q̄ ptinet
ad gnālē ɔditiōeʒ vtutl. ꝙ̄uis etiā dici poſ
ſit ꝙ ille q pōt refrenare maximas delectati
ones: mlto ēt magl pōt r̄frenar̄ miores ðlec
tatiōes. ⁊ iō ad tpātiā p̄ncipalit̄ qdē ⁊ ꝑpe
ptinet moderari ɔcupias delectationū tact⁹
ſecūdario āt alias ɔcupias. ¶ Ad ſcōm di
cēd ꝙ phs ibi refert nomē tpātie ad mode
rationē extioꝝ reꝝ: dū. ſ. aliqs tēdit ī aliq̄ ſibi
ɔmēſurata. nō āt ꝑut refert̄ ad moderatiōeʒ
affectionū aīe q̄ ptinet ad vtutē tpātie. ¶ Ad
t̄tiū dicēdū ꝙ delectatiōes alioꝝ ſenſuū alit̄
ſe hn̄t ī hoib⁹ ⁊ alit̄ ī alijs aīalib⁹: in alijs. n.
aīalib⁹ ex alijs ſenſib⁹ nō cauſant̄ delectati
ones niſi ī ordine ad ſenſibilia tact⁹: ſicut leo
delectat̄ vidēs ceruū ul' audiēs vocē ei⁹ ꝑp
ter cibū. hō āt delectat̄ ſm alios ſenſus non
ſolū ꝑpt̄ h̄ ſʒ etiā ꝑpt ɔueniētiā ſenſibiliū ⁊
ſic circa delectatiōes alioꝝ ſēſuū iq̄ʒtū r̄ferū
tur ad delectatiōes tact⁹ ē tpātia: nō p̄ncipa
lit̄ ſʒ ex ɔſequēti. iq̄ʒtū āt ſenſibilia alioꝝ ſen
ſuū ſūt delectabilia ꝑpt ſui ɔueniētiā: ſic cū
delectat̄ hō ī ſono bn̄ armonizato. iſta delec
tatio nō ptinet ad ɔſuatiōeʒ nāe. vn̄ nō hn̄t
h⁹mōi paſſiōeſ illā p̄ncipalitatē ut circa eaſ
anthonomatice tpātia dicat̄. ¶ Ad q̄rtū di
cēdū ꝙ delectatiōes ſpūales ⁊ ſi ſm ſuā nāʒ
ſint maiores delectatiōib⁹ corpalib⁹: tn̄ non
ita pcipiūt̄ ſenſu. ⁊ p ɔn̄s nō ita vehemēt̄ af
ficiūt appetitū ſēſitiuū: ɔ̄ cui⁹ impetū bonū
rōnis ɔſeruat̄ p moralē vtutē. vel dicēdū ꝙ
delectatiōes ſpūales p ſe loquēdo ſunt ſm
rōnē. vn̄ nō ſūt refrenāde niſi p accn̄s: iq̄ʒtū
ſ. vna delectatio ſpūal' retrahit ab alia poti
ori ⁊ magl debita. ¶ Ad qntū dicēdū ꝙ non
oēs delectatiōes tact⁹ ptinēt ad nāe ɔſerua
tionē. ⁊ iō nō oʒ ꝙ circa oēs delectationes
tactus ſit tēperantia.

## Ad quintuʒ ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ circa ꝑpas delectatiōes guſt⁹
ſit tpātia. Delectatiōes. n. guſt⁹ ſūt in cibis ⁊
potib⁹ q magl ſūt neceſſarij ad hoīs vitā ꝙ̄
delectatiōes venereoꝝ q̄ ptinēt ad tactū. ſed
ſcōm p̄dcā tpātia ē circa delectatiōes eoꝝ q̄
ſūt nccia ad vitā hoīs. g̊ tpātia ē magl circa
ꝑpas delectatiōes guſt⁹ ꝙ̄ circa ꝑpas ðlec
tatiōes tact⁹. ¶ P̄. Tpantia ē circa paſſiōes
magl ꝙ̄ circa res ipſas. ſʒ ſicut dr̄ in 2º. de aīa
tact⁹ videt̄ eē ſenſus alimēti q̄ʒtū ad ipſaʒ ſb
ſtātiā alimēti. ſapor āt q ē ꝑpe obiectū guſt⁹
ē ſicut delectamētū alimētoꝝ. g̊ tpātia magl
ē circa guſtū ꝙ̄ circa tactū. ¶ P̄. Sicut dr̄ ī
7º ethicoꝝ circa eadē ſūt tpātia ⁊ itpantia: cō
tinētia ⁊ icōtinētia: pſeuerantia ⁊ mollicies
ad quā ptinēt delitie. ſʒ ad delitias videt̄ pti
nē delectatio q̄ ē ī ſaporib⁹ q ptinēt ad guſ
tū. g̊ tpātia ē circa ðlectatiōes ꝑpas guſtus

Sed ꝯ̄ ē qꝺ ph̄us ꝺic ꝙ tꝑātia ⁊ intꝑantia
videt̄ guſtu paꝝ uł nichil vti. R̄ꝰ ꝺicēꝺū ꝙ
ſicut ꝺictū ē:tꝑantia ꝯſiſtit circa ꝑcipuas ꝺe
lectatiōes q̄ maxime ꝑtinēt aꝺ cōſeruatiōȝ
hūane vite uel ī ſpecie uel ī inꝺiuiꝺo ī q̄bus
cōſiderat̄ aliq̄ꝺ ꝓ̄ncipalit̄.aliq̄ꝺ aūt ſecunꝺa
rio.ꝓ̄ncipalit̄ q̄ꝺem ipſe vſus rei nccīe. puta
uel femine q̄ ē neceſſaria aꝺ ꝯſeruatiōeȝ ſpe
ciei uel cibi ⁊ potꝰ q̄ ſūt nccīa aꝺ ꝯſeruatio
nē iꝺiuiꝺui.⁊ ipē vſus neceſſarioꝝ hoꝝ habȝ
quāꝺā eſſentialē ꝺlectationē aꝺiūctā. ſecū
ꝺario āt ꝯſiꝺerat̄ circa vtrūq̄ȝ vſū aliq̄ꝺ qꝺ
facit aꝺ h̄ ꝙ vſus ſit magꝭ ꝺelectabilis: ſicut
pulchritudo ⁊ ornatꝰ femie. ⁊ ſapoꝛ ꝺelecta
bilis ī cibo ⁊ etiā oꝺoꝛ ⁊ iō ꝓ̄ncipaliter tꝑan
tia ē circa ꝺelectatiōeȝ tactꝰ q̄ ꝑ ſe ꝯſeq̄t̄ ip
ſū vſū nccīuȝ reꝝ q̄ꝝ oīs vſus ē ī agēꝺo. cir
ca ꝺelectatiōes aūt guſtꝰ uel olfactꝰ uel viſꝰ
ē tēperātia ⁊ itēperātia ſecūꝺario inq̄ꝝtū ſē
ſibilia hoꝝ ſenſuū ꝯferūt aꝺ ꝺelectabilē vſū
reꝝ neceſſariaꝝ q̄ ꝑtinet aꝺ tactū.q̄a tn̄ guſtꝰ
ꝓpinq̄oꝛ eſt tactui q̄ȝ aliȷ ſenſus.iō tꝑantia
magꝭ eſt circa guſtū q̄ȝ circa alios ſenſus.
Ad ꝑmū ꝺicēꝺū ꝙ etiā ipſe vſus ciboꝛum ⁊
ꝺelectatio eſſentialit̄ ipſū cōſequēs aꝺ tac
tum ꝑtinet.vn̄ ph̄s ꝺic ī 2°. ꝺe aīa ꝙ tactꝰ eſt
ſenſus alimēti:nutrimur.n.caliꝺo ⁊ frigiꝺo
humiꝺo ⁊ ſicco.ſȝ aꝺ guſtū ꝑtinet ꝺiſcretio
ſapoꝝ q̄ ꝯferūt aꝺ ꝺelectationem alimenti
inq̄ꝝtū ſūt ſigna cōueniētꝭ nutrimēti. ¶ Aꝺ
ſecūꝺū ꝺicēꝺū ꝙ ꝺelectatio ſaporꝭ ē q̄ſi ſup
ueniēs:ſȝ ꝺelectatio tactꝰ ꝑ ſe ꝯſeq̄t̄ vſū cibi
⁊ potꝰ. ¶ Aꝺ t̄tiū ꝺicēꝺū ꝙ ꝺelitie ꝓ̄ncipal t̄
q̄ꝺem cōſiſtūt ī ipſa ſubā alimēti. ſȝ ſecūꝺa
rio ī exq̄ſito ſapore ⁊ ꝑparatiōe ciboꝝ.

## Ad ſextum ſic proce

ꝺitur. Videt̄ ꝙ regula tꝑantie nō ſit ſumen
ꝺa ꝯm nccitatē p̄ntꝭ vite. Supius.n.nō regu
lat̄ ab iferioꝛi.ſȝ tꝑantia cū ſit v̄tus aīe eſt ſu
perioꝛ q̄ȝ nccitas coꝛꝑalis.ḡ regula tꝑantie
nō ꝺebet ſumi ꝯm nccitatē coꝛꝑalē. ¶ P̄
Quicūq̄ȝ exceꝺit regulā peccat.ſi ḡ nccitas
coꝛꝑalis eēt regula tꝑātie:q̄cūq̄ȝ aliq̄ ꝺelec
tatiōe vteret̄ ſupra nccitatē nāe q̄ valꝺe mo
ꝺicꝭ ꝯtēta ē peccaret ꝯ̄ tꝑantiā:qꝺ viꝺet̄ eſſe
icōueniēs. ¶ P̄. Nullus attigēs regulā pec
cat.ſi ḡ nccitas coꝛꝑalis eſſet regula tꝑantie
q̄cūq̄ȝ vteret̄ aliq̄ ꝺelectatiōe ꝓpt̄ nccitatē
coꝛꝑalē puta ꝓpt̄ ſanitatē eēt imunis a pec
cato.h̄ āt viꝺet̄ falſū.ḡ nccitas coꝛꝑalis nō
ē regula tꝑātie. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē qꝺ Augꝰ ꝺic in li.°
ꝺe moꝛibꝰ ecc̄le. Habȝ vir tēperās in rebus
huiꝰ vite regulā vtrōq̄ȝ teſtamēto firmatam
ut eoꝝ nil ꝺiligat nil ꝑ ſe appetēꝺū putet.ſeꝺ
aꝺ vite huiꝰ atq̄ȝ officioꝝ nccitatē q̄ꝝtuȝ ſatis
ē vſurpet vtētis moꝺeſtia n̄ amātis affectu.
¶ R̄ꝰ ꝺicēꝺū ꝙ ſic̄ ex ſ̄ ꝺictis pȝ:bonū v̄tutꝭ
moꝛalis ꝑcipue ꝯſiſtit ī oꝛꝺine rōnis.naȝ bo
nū hoīs ē ꝯm rōnē eē ut Dyo.ꝺic 4°.ca°.ꝺ̄
ꝺiui.no.ꝑcipuus aūt oꝛꝺo rōnis ꝯſiſtit ī h̄ ꝙ
aliq̄ ī finē oꝛꝺinat ⁊ in h̄ oꝛꝺine maxime ꝯſi
ſtit bonū rōnis.nā bonū hȝ rōnē finis.⁊ ipſe
finis ē regula eoꝝ q̄ ſūt aꝺ finē oīa aūt ꝺelec
tabilia q̄ ī vſū hoīs veniūt oꝛꝺināt̄ aꝺ aliquā
huiꝰ vite nccitatē ſicut aꝺ finē.⁊ iō tꝑantia
accipit nccitatē huiꝰ vite ſicut regulaȝ ꝺelec
tabiliū q̄bꝰ vtit̄.vt.ſ.tātū eis vtat̄ q̄ꝝtū neceſ
ſitas huiꝰ vite req̄rit. ¶ Aꝺ ꝑmū ḡ ꝺicēꝺū
ꝙ ſicut ꝺictū ē: nccitas huiꝰ vite hȝ rōnē re
gule inq̄ꝝtū ē finis. Cōſiꝺerāꝺū ē aūt ꝙ quā
ꝺoq̄ȝ aliuꝺ ē finis oꝑātis.⁊ aliuꝺ finis oꝑis
ſicut pȝ.ꝙ eꝺificatōis finis ē ꝺomꝰ.ſȝ eꝺifica
toꝛis finis q̄nq̄ȝ ē lucꝝ.ſic ḡ tꝑātie ipſiꝰ finis
⁊ regula ē b̄titudo.ſeꝺ eius rei q̄ vtit̄ finis ⁊
regula ē nccitas hūane vite īfra quā ē iꝺ qꝺ
in vſū vite venit. ¶ Aꝺ ſecūꝺū ꝺicēꝺū ꝙ ne
ceſſitas hūane vite poteſt attenꝺi ꝺuplicit̄.
Vnoꝰ ꝯm ꝙ ꝺr̄ nccīuȝ illuꝺ ſine q̄ res nullo
moꝺo pōt eē.ſic cibus ē nccīus aīali. Alioꝰ
ꝯm ꝙ ꝺr̄ nccīuȝ illuꝺ ſine quo res nō poteſt
ꝯueniēt̄ eē.tꝑātia aūt nō ſolū attēꝺit ꝑmaȝ
nccitatē ſȝ etiā ſecūꝺā.vn̄ ph̄s ꝺic in 3°. ethi
coꝝ ꝙ tꝑatus appetit ꝺelectabilia ꝓpt̄ ſani
tateȝ uel ꝓpt̄ bonā habituꝺinē. alia v̄o q̄ aꝺ
h̄ nō ſūt nccīa p̄nt ꝺuplicit̄ ſe h̄re. queꝺā.n.
ſūt ipeꝺimēta ſanitatis uel bone habituꝺīs
⁊ his tꝑatus nullo moꝺo vtit̄ h̄.n.eēt pctm̄
ꝯ̄ tꝑātiā.q̄ꝺā v̄o ſūt q̄ nō ſūt his ipeꝺimēta.
⁊ his moꝺerate vtit̄ ꝓ loco ⁊ tꝑe ⁊ ꝯgruen
tia eoꝝ q̄bꝰ cōuiuit.⁊ iō ibi ph̄s ꝺic ꝙ tē
ꝑatus appetit alia ꝺelectabilia q̄.ſ.nō ſūt ne
ceſſaria aꝺ ſanitatē uł aꝺ bonā habituꝺinē
nō ipeꝺimēta his exiſtētia. ¶ Aꝺ t̄tiū ꝺicē
ꝺum ꝙ ſicut ꝺictū eſt:tꝑātia reſpicit neceſſi
tatem q̄ꝝtū aꝺ ꝯueniētiā vite.q̄ q̄ꝺeȝ attēꝺit̄
nō ſolū ꝯm ꝯueniētiā coꝛꝑis ſȝ etiā ꝯm cōue
niētiā ext̄ioꝝ reꝝ:puta ꝺiuitiaꝝ ⁊ officioꝝ
⁊ multo magis ꝯm ꝯueniētiā honeſtatis. ⁊
iō ph̄us ibi ſubꝺit ꝙ ī ꝺelectabilibus quibꝰ
tēꝑatus vtit̄ non ſolum conſiderat ut non
ſint impeꝺitiua ſanitatis ⁊ bone h̄tuꝺinis

corpalis:ſꝫ etiã ut nõ ſint ꝑter bonũ.i.ꝯ ho
neſtatẽ ⁊ ꝙ nõ ſint ſupra ſubſtantiã.i.ſupra
facultatẽ diuitiaꝝ. Et Aug⁹ dic i li⁰ de mo
rib⁹ eccl'ie ꝙ tpatus reſpicit nõ ſolũ neceſſi
tatẽ hui⁹ vite ſꝫ etiã officioꝝ.

## Ad ſeptimuꝫ ſic pro

cedit. Videt' ꝙ tẽperãtia nõ ſit ṽtus cardi
nal'. Bonũ.n. ṽtutis cardinal' a rõne dpẽdꝫ
ſꝫ tpantia ẽ circa ea q̃ magis diſtãt a rõne.ſ.
circa delectationes que ſunt nobis ⁊ brutis
cões ut dr̃ i 3⁰. ethicoꝝ.ğ tpantia nõ videt' eẽ
p̃ncipalis ṽtus. ¶ P̃. Quãto aliqd ẽ magis
ĩpetuoſũ tãto difficilius videt' eẽ ad refrenã
dum.ſꝫ ira quã refrenat manſuetudo vr̃ eſſe
ĩpetuoſioꝛ q̃ꝫ ꝯcupiſcẽtia quã refrenat tẽpã
tia.vr̃.n. pꝟ.27⁰. ¶ Ira nõ hꝫ miſericoꝛdiam
nec erũpens furoꝛ.⁊ ĩpetũ ꝯcitati ſpũs ferre
qs poterit:ğ mãſuetudo ẽ p̃ncipalioꝛ ṽt⁹ q̃ꝫ
tpantia. ¶ P̃. Spes ẽ p̃ncipalioꝛ motus aie
q̃ꝫ deſideriũ ſeu ꝯcupia ut ſ̃ habitũ ẽ.ſed hu
militas refrenat p̃ſũptionẽ ĩmoderate ſpei.
ğ huilitas vr̃ eẽ p̃ncipalioꝛ ṽtus q̃ꝫ tẽperãtia
q̃ refrenat ꝯcupiam. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ ꝙ Greg⁹ i 2⁰.
moral' ponit tpantiã int' ṽtutes principales.
¶ R̃⁰ dicẽdũ ꝙ ſicut ſ̃ dictũ eſt: ṽtus p̃nci
palis ſeu cardinalis dicit' q̃ p̃ncipalius lau
datur ex aliq̃ eoꝝ q̃ cõiter reqrũt' ad rõnem
ṽtutis.moderatio aũt q̃ ĩ oĩ ṽtute reqrit' pre
cipue laudabilis ẽ ĩ delectatõib⁹ tactus circa
que ẽ tpantia.tũ qa tales delectationes ſũt
magis nobis nãles.⁊ iõ difficili⁹ ẽ ab eis ab
ſtinere ⁊ ꝯcupias eaꝝ refrenare. tũ etiam qa
eaꝝ obiecta magis ſũt neceſſaria p̃ñti vite ut
ex dictis pꝫ.⁊ iõ tpantia ponit' ṽtus p̃ncipal'
ſeu cardinalis. ¶ Ad p̃mũ ğ dicẽdũ ꝙ tãto
maioꝛ oſtẽdit' agẽtis virt⁹ quãto ĩ ea q̃ ſunt
magis diſtãtia põt ſuã opationẽ extẽdere.
⁊ iõ ex h̃ ipſo oſtẽdit' maioꝛ ṽt⁹ rõnis ꝙ põt
etiã ꝯcupias ⁊ delectatiões maxime diſtãtes
moderari.vñ h̃ ptinet ad p̃ncipalitatẽ tpãtie
¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ ĩpetus ire cauſat' ex
quodã accidẽte:puta ex aliqua leſione ꝯtri
ſtãte ⁊ iõ cito trãſit q̃uis magnũ ĩpetũ habe
at. ſꝫ ĩpet⁹ ꝯcupie delectabiliũ tact⁹ ꝓcedit
ex cã nãli.vñ ẽ diuturnioꝛ ⁊ cõioꝛ ⁊ ideo ad
p̃ncipalioꝛẽ virtutẽ ptinet ipſũ refrenare.
¶ Ad t̃tiũ dicẽdũ ꝙ ea q̃ꝝ ẽ ſpes ſũt altio
ra his q̃ꝝ ẽ ꝯcupia.⁊ ꝑpt' h̃ ſpes ponit' paſſio
p̃ncipalis ĩ iraſcibili. ſꝫ ea quoꝝũ ẽ ꝯcupia ⁊
delectatio tactus vehemẽti⁹ mouent appeti

tum:qa ſũt magl' nãlia.et iõ tpantia que in
his modũ ſtatuit eſt virtus principalis.

## Ad octauuꝫ ſic pro

cedit. Videt' ꝙ tpãtia ſit maxima ṽtutũ. D
cit.n. Amb⁹. i p̃ de officiis ꝙ i tpantia maxi
me honeſti cura decoꝛis ꝯſideratio ſpectat'
⁊ q̃ritur.ſꝫ ṽtus laudabilis ẽ inq̃ꝫtũ eſt hone
ſta ⁊ decoꝛa.ğ tpantia ẽ maxima ṽtutũ. P̃.
Maioꝛis ṽtut' ẽ opari id qð ẽ difficili⁹.ſed
difficilius ẽ refrenare ꝯcupias ⁊ delectatio
nes tact⁹ q̃ꝫ rectificare actiões exterioꝛes q̃rũ
p̃mũ ptinet ad tpãtiã ſcðm ad iuſticiã. ğ tẽ
pãtia ẽ maioꝛ ṽtus q̃ꝫ iuſticia. ¶ P̃. Quãto
aliqd ẽ cõius tãto magis neceſſariuꝫ videt'
eẽ ⁊ melius.ſꝫ foꝛtitudo ẽ circa picula moꝛt'
q̃ rarius accidũt q̃ꝫ delectabilia tact⁹ q̃ q̃ti
die occurrũt.⁊ ſic vſus tpãtie ẽ cõioꝛ q̃ꝫ foꝛ
titudis.ğ tpãtia ẽ nobilioꝛ ṽtus q̃ꝫ foꝛtitudo
¶ Sꝫ ꝯ ẽ qð ph̃s dic i p̃ rethoꝛice ꝙ maxie
virtutes ſũt q̃ aliis maxie ſũt vtiles ⁊ ꝑpt' h̃
foꝛtes et iuſtos maxime honoꝛamus. ¶ R̃⁰
dicẽdũ ꝙ ſicut ph̃s dic in p̃ ethicoꝝ:bonum
multitudinis diuini⁹ ẽ q̃ꝫ bonũ vnius. ⁊ iðo
quãto aliq̃ ṽtus magis ptinet ad bonũ mul
titudinis tanto melioꝛ eſt.iuſticia aũt ⁊ foꝛ
titudo magis ptinẽt ad bonuꝫ multitudinis
q̃ꝫ tpantia:qa iuſticia cõſiſtit in cõicatiõib⁹
q̃ ſũt ad alteꝝ. foꝛtitudo aũt in piculis bello
rum q̃ ſuſtinẽt' ꝓ ſalute cõi tpãtia aũt mode
ratur ſolũ ꝯcupias ⁊ delectationes eoꝝ que
ptinẽt ad ipſũ hoiez:vñ manifeſtũ ẽ ꝙ iuſti
cia ⁊ foꝛtitudo ſũt excellẽtioꝛes virtutes q̃ꝫ
tpantia:qbus prudẽtia ⁊ virtutes theologi
ce ſũt potioꝛes. ¶ Ad p̃mũ ğ dicẽdũ ꝙ hõe
ſtas ⁊ decoꝛ maxime attribuũt' tpantie non
ꝑpt' p̃ncipalitatẽ ꝓpꝛij boni ſed ꝑpter turpi
tudinẽ cõtrarij malis q̃ retrahit inq̃ꝫtum.ſ.
moderat' delectatiões q̃ ſunt nobis ⁊ brutis
cões. Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ cũ ṽtus ſit circa
difficile ⁊ bonũ.dignitas ṽtut' magis attẽdi
t' circa rõnẽ boni ĩ q̃ excedit iuſticia q̃ꝫ ſm
rõnẽ difficilis ĩ quo excedit tpantia. ¶ Ad
t̃tiũ dicendũ ꝙ illa cõitas q̃ aliqd ptinet ad
multitudinẽ hoĩuꝫ magis facit ad excellen
tiã hõitat' q̃ꝫ illa q̃ ꝯſiderat' ſm ꝙ aliqd fre
quẽt' occurrit:in q̃ꝝ p̃ma excedit foꝛtitudo
ĩ ſecũda tpantia.vñ ſimpliciter foꝛtitudo eſt
potioꝛ licꝫ q̃ ad aliqd poſſit dici tpantia po
tioꝛ nõ ſolũ foꝛtitudine ſed etiã iuſticia.

DEinde ɔſide randũ eſt de vitijs oppoſitis tẽpãtie. Et circa hoc q̃runt̃ quatuoꝛ. p̃ vtrũ iſenſibilitaſ ſit pctm̃. 2° vtrũ in tempan tia ſit vitiũ puerile. 3° de comparatione intẽ perantie ad timiditatem. 4° vtrũ vitiũ intẽ perantie ſit maxime oppꝛobrioſum.

## Ad primum ſic proce

ditur. Uidet̃ q̄ inſenſibilitas non ſit vitium Dicũtur.n.inſenſibiles q deficiunt circa dele ctatiões tactus.ſ; in his penitus deficẽ vide tur eẽ laudabile ⁊ v̓tuoſum. Dr̃.n. Daniel.x°. In dieb⁹ ill̃ ego Daniel lugebã triũ ebdoma darũ tẽpus:panẽ deſiderabilẽ nõ cõmedi. et caro ⁊ vinũ ñ introierũt ĩ os meũ:ſ; neq; vn guẽto vnctus ſũ.g̊ iſenſibilitas nõ ẽ pctm̃.

P̃. Bonũ hoĩs ẽ ẜm rõnẽ eẽ ẜm Dyo.4° ca° ð diui.no.ſ; abſtinere ab oĩb⁹ delectabilib⁹ tactus maxime ꝓmouet hoĩe; ĩ bono rõnis Dr̃.n. Daniel.p̊.q̄ pueris q vtebãt̃ legumib⁹ dedit de⁹ ſciam ⁊ diſciplinã ĩ oĩ libꝛo ⁊ ſapĩa g̊ iſenſibilitas q̃ v̓liter repellit h⁹mõi delecta tiones nõ ẽ vitioſa. ¶ P̃. Illud p qð maxime receditur a peccato nõ videt̃ eẽ vitioſu;.ſ; h̓ ẽ potiſſimũ remediũ abſtinẽdi a pctõ q̄ ali qs fugiat delectationes:qð ꝑtinet ad inſenſi bilitatẽ. Dicit.n.ph̓s ĩ 2° ethicoꝝ q̄ abijcien tes delectationẽ min⁹ peccabim⁹.g̊ iſenſibili tas nõ ẽ aliqd vitioſũ. ¶ Sz ɔ̃.nihil opponit̃ virtuti niſi vitiũ. ſed iſenſibilitas virtuti tem perãtie oppõitur:ut p; per ph̓m in 2° ⁊ 3° ethi coꝝ.ergo inſenſibilitas eſt vitium. ¶ R̓° di cendum q̄ omne illud quod cõtrariat̃ oꝛdi ni naturali ẽ vitioſũ.natura aũt delectatõnẽ appoſuit operationibus neceſſarijs ad vita; hoĩs.⁊ iõ nãlis oꝛdo requirit ut hõ intantu; h⁹mõi delectationib⁹ vtat̃ quantum neceſſa riũ ẽ ſaluti humane:uel q̃tum ad cõſeruatio nem indiuidui:uel quãtum ad cõſeruationẽ ſpeciei. Si qs g̊ intãtũ delectationẽ refugẽt q̄ pretermitteret ea q̃ ſũt neceſſaria ad ɔſua tionẽ nature peccar; q̃i oꝛdini nãli repugnãſ ⁊ hoc pertinet ad vitium iſenſibilitatis. Sci endũ tñ q̄ ab h⁹mõi delectationibus conſe quẽtibus h⁹mõi operationes quandoq; lau dabile uel etiã neceſſariũ ẽ abſtinẽ ꝓpter ali quẽ finẽ ſic̃ ꝓpẽ ſanitatẽ coꝛpoꝛalẽ aliq abſti nẽt a q̄buſdã delectatõib⁹ cibi ⁊ pot⁹ ⁊ vene reoꝝ.⁊ etiã ꝓpẽ alic⁹ officij executionẽ:ſicut athletas ⁊ milites neceſſe ẽ a multis delecta tionib⁹ abſtinere:ut officiũ ꝓpriũ exequant̃ ⁊ ſilr̃iter penitẽtes ad recuperãdũ aĩe ſanita tẽ abſtinentia delectabiliũ q̃i q̃dã dieta vtũt̃ ⁊ hoĩes volẽtes cõtẽplatõi ⁊ reb⁹ diuinis va care opoꝛtet q̄ ſe magiſ a carnalib⁹ deſiderijſ abſtrahant:nec aliqd p̃dictoꝝ ad inſenſibili tatis vitiũ ꝑtinet:quia ſũt ẜm rõnem recta;.

¶ Ad p̊mũ g̊ dicendũ q̄ Daniel illa abſtinẽ tia a delectationib⁹ vtebat̃:nõ quaſi ꝓpter ſe abhoꝛrẽs delectatiões:ut ſ; ſe malas.ſ; ꝓpẽ aliquem finẽ laudabilẽ vt.ſ.idoneũ ſe ad alti tudinẽ ɔtẽplatõiſ redderet:abſtinẽdo.ſ.a coꝛ ꝑalibus delectatõib⁹:vñ ⁊ ſtatĩ ibi ſubdit̃ de reuelatione facta. ¶ Ad ſecũdũ dicẽdum q̄ q2 rõne hõ vti non põt ſine ſenſitiuis poten tijs que indigent oꝛgano coꝛꝑali ut ĩ p̊ hitu; eſt:neceſſe ẽ q̄ hõ ſuſtentet coꝛp⁹ ad h̓ q̄ rõ ne vtat̃. Suſtẽtatõ aũt coꝛpis fit p opatões delectabiles:vnde non põt eẽ bonũ rõnis in homine ſi abſtineat ab omnib⁹ delectabilib⁹ ẜm tñ q̄ homo ĩ exequendo actum ratõnis plus uel minuſ indiget coꝛꝑali v̓tute:ẜm hoc plus uel min⁹ neceſſe habet delectabilibus coꝛpalibus vti. Et iõ hoĩes qui hoc officiũ aſ ſũpſerũt ut cõtẽplatõni vacẽt.⁊ bonũ ſpũale q̃i q̃dã ſpũali ꝓpagatione ĩ alios tranſmittãt a multis delectatõnib⁹ laudabiliter abſtinẽt a quibus illi quibus ex officio cõpetit opibus coꝛpalibus ⁊ generationi carnali vacare lau dabiliter nõ abſtinẽt. ¶ Ad tertiũ dð q̄ dele ctatio fugienda ẽ ad vitandũ pctm̃ non tota liter ſed ut vltra queraẗ q̃; neceſſitas req̄rat.

## Ad ſecũdu; ſic proce

dit̃. Uidet̃ q̄ ĩtemperantia nõ ſit puerile pec catũ:q2 ſup illud Math.18°. Niſi cõuerſi fue rit̓ ⁊ effi.ſicut paruuli.⁊c̃.dicit Jero⁹.q̄ puu l⁹ nõ pſeuerat ĩ iracũdia:leſus ñ meminit:vi dẽs pulchrã mulierẽ nõ delectat̃:qð ɔ̃riat̃ ĩ tẽperãtie.g̊ intꝑantia nõ ẽ puerile pctm̃.

P̃. Pueri ñ hñt niſi ɔcupiſcẽtias ɔnaturaleſ ſ; circa cõnaturales cõcupiſcẽtias parũ aliq peccant p ĩtemperantiã:vt ph̓us dic̃ ĩ 3° ethi coꝝ.g̊ intẽperantia nõ ẽ pctm̃ puerile. ¶ P̃. Pueri ſũt fouẽdi ⁊ nutriendi.ſ; ɔcupiſcẽtia ⁊ delectatio circa q̃ ẽ intẽperantia ẽ ſemper diminuẽda ⁊ extirpanda:ẜm illud ad Col.3°. Moꝛtificate mẽbꝛa v̓ra ſup terrã:q̃ ſũt ɔcu piſcentia.⁊c̃.g̊ intꝑantia nõ eſt puerile pctm̃

Sꝫ ꝯ̄ ē qđ p̄hs dic̄ in 3° ethicoꝝ. ꝙ nomen
itemperantie ferimus ad puerilia peccata.
¶ R° dicēdū ꝙ aliquid dr̄ esse puerile dupli
citer. Uno° q2 cōuenit pueris. ⁊ sic p̄hs nō i
tendit dicere ꝙ peccatū intēperātie sit pueri
le. ¶ Alio° sꝫ quādā silitudinē. ⁊ h̄ mō pctā
intpantie puerilia dicūt. pctm̄. n. intpantie ē
pctm̄ supflue ꝯcupie que assimilatur puero
quo ad tria. p̄ quidē q̄ꝫtū ad id qđ vterq; ap
petit: sicut. n. puer: ita ⁊ ꝯcupiscentia appetit
aliquid turpe. Cuiꝰ rō ē: q2 pulchꝝū in rebus
hūanis attēditur ꝓut aliquid est ordinatū
s̄m rōnem. Un̄ Tullius dicit in p̄ de offi. ꝙ
pulchrū ē qđ consentaneū ē hoīs excellētie i
eo in q̄ natura eius a reliq̄s aīantibus differt
Puer aūt nō attendit ordinē rōnis. ⁊ silr̄
ꝯcupiscētia nō audit rōnē: ut dr̄ in 7° ethico
rū. 2° differūt quātū ad euentū. Puer enim si
sue volūtati dimittatur crescit i ꝓpria volū
tate. Un̄ Eccl. 30. dr̄. Equꝰ indomitus euadit
durꝰ. et filiꝰ remissus euadit p̄ceps: Ita etiā
et ꝯcupiā si ei satisfaciat. maiꝰ robur accipit
Un̄ Augꝰ dic̄ in 4° ꝯfes. Dum seruit libidini
facta est consuetudo. et dum consuetudini n̄
resistitur: facta est necessitas. 3° q̄ꝫtū ad reme
diū quod vtriq; ꝓbet. Puer. n. emendatur
ꝑ h̄ qđ coercet. Unđ dr̄ ꝓv. 23°. Noli subtra
here a puero disciplinam: tu v̄ga ꝑcuties euꝫ
et aīam eius de inferno liberabis et silr̄ dū
ꝯcupie resistit: reducitur ad debitū honesta
tis modū. Et h̄ ē qđ Augꝰ dic̄ in 7° musice.
ꝙ mente in sp̄ualia suspensa atq; ibi infixa et
manēte consuetudinis. s. carnalis concupie i
petus frāgit et paulatī repssus extīguit: ma
ioꝛ. n. erat cū sequeremur: nō oīno nullus: sꝫ
certe minoꝛ cū refrenamꝰ. Et iđ p̄hus dic̄ i 3°
ethicoꝝ ꝙ queādmodū puerū opoꝛtet s̄m
p̄ceptū pedagogi viuere: sic et ꝯcupiscibile ꝯ
sonare rōni. ¶ Ad primū g̊ dicēdum ꝙ ratō
illa ꝓcedit sꝫ illū modū q̊ puerile dicit id qđ
i pueris iuenitur: sic aūt nō dr̄ pctm̄ itpantie
puerile: sꝫ s̄m silitudinē ut dictū est. ¶ Ad se
cūdū dicendū ꝙ ꝯcupiā aliq̄ pōt dici natura
lis dupliciter. Uno° s̄m genus suū: et sic tēperā
tia et intemperātia sunt circa cōcupiscētias
nāles. sūt. n. circa ꝯcupias ciboꝝum et vene
reorū q̄ ordinātur ad ꝯseruationē nāe. Alio°
pōt dici cōcupiā naturalis q̄ꝫtum ad speciēꝫ
eiꝰ qđ nā ad sui cōseruationē requirit. et sic
nō multū cōtingit peccare circa naturales ꝯ
cupiscētias: natura. n. nō requirit nisi id ꝑ qđ
subuenit necessitati nature in cuꝰ desiderio
nō contingit eē peccatū: nisi solū s̄m quātita
tis excessū. ⁊ s̄m h̄ solū peccatur circa nālem
concupiam: ut p̄hus dicit i 3° ethicoꝝ. Alia
v̊o circa que plurimū peccat sūt quedā cōcu
piscentie incitamenta q̄ hoīnū curiositas ad
iuenit: sicut curiose p̄pati cibi. ⁊ mulieres oꝛ
nate. ⁊ q̄ꝫuis ista n̄ multū reqrāt pueri: nihilo
minus tn̄ intpantia dicit puerile peccatum
rōne iā dicta. ¶ Ad tertiuꝫ dđ ꝙ id qđ ad na
turā ꝑtinet i pueris ē augmentādū ⁊ fouēdū
qđ aūt ꝑtinet ad defectū rōnis in eis nō ē fo
mendū sed emendandum ut dictum est.

## Ad tertium sic proce

dit. Uidet ꝙ timiditas sit maius vitiū q̄ꝫ itē
perantia. Ex h̄. n. aliqđ vitiū vitupat ꝙ oppo
nitur bono v̄tutis. sꝫ timiditas opponit forti
tudini que ē nobilioꝛ virtus q̄ꝫ temperantia
cui opponitur intēperantia ut ex s̄ dictis pꝫ.
g̊ timiditas ē maius vitiū q̄ꝫ intpantia. ¶ P̄.
Quāto aliq̄s deficit i eo qđ difficiliꝰ vicit tā
to minꝰ vitupat. Un̄ p̄hus dic̄ i 8° ethicoꝝ ꝙ
si q̄s a fortibꝰ ⁊ supexcellētibꝰ delectatiōibꝰ
vincit ul' tristitijs: nō ē admirabile sꝫ ꝯdona
bile. sꝫ difficilius videt q̄s vicere delectatōes
q̄ꝫ alias passiones. Un̄ in 2° ethicoꝝ dicit ꝙ
difficiliꝰ ē ꝯ̄ voluptatē pugnare q̄ꝫ ꝯ̄ iraꝫ que
videt eē fortioꝛ q̄ꝫ timoꝛ. g̊ intpantia que vin
citur a delectatōne minꝰ pctm̄ ē q̄ꝫ timiditas
q̄ vincit a timore. ¶ P̄. De rōne peccati ē ꝙ
sit volūtariū. sꝫ timiditas ē magis voluntaria
q̄ꝫ intpantia: nullus. n. cōcupiscit intēperatꝰ
eē. aliq. n. cōcupiscūt fugere pericula moꝛtis
qđ ꝑtinꝫ ad timiditatē. g̊ timiditas ē peccatū
grauiꝰ q̄ꝫ intpantia. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qđ p̄hus dicit
in 3° ethicoꝝ ꝙ intpantia magis assimilatur
volūtario q̄ꝫ timiditas. g̊ plꝰ hꝫ de rōne pcti.
¶ R° dicēdū ꝙ vnū vitiū pōt alteri compari
dupliciter. Uno mō ex ꝑte materie vel obiecti.
Alio° ex ꝑte ipsius hoīs peccantis. ⁊ vtroque
modo intemperantia ē grauius vitiū q̄ꝫ timi
ditas. Primo nāq; ex ꝑte matie: nā timiditas
refugit pericula moꝛtis: ad que vitanda indu
cit maxima nccītas cōseruande vite. Intēpe
rantia aūt ē circa delectationes: q̄rum appe
titus nō ē adeo necessarius ad vite conserua
tionē: q2 ut dictū ē intēperantia magis ē cir
ca q̄sdā oppositas delectatiōes seu ꝯcupias
q̄ꝫ circa ꝯcupiscentias seu delectatōes nāles
quāto aūt illud quod cōmouet ad peccāduꝫ

videtur eẽ magis neceſſariũ:tãto pctm̃ leui⁹
ẽ.⁊ iõ intpantia ẽ ꝗuius vitiũ ꝗ̃ timiditas ex
pte obiecti ſiue materie mouẽtis. Similiť eti
am ex pte ipſi⁹ hoīs peccãtis.⁊ h̃ triplici ratõ
ne.ꝓ quidẽ qa quãto ille qui peccat magis ẽ
cõpos ſue mentis:tanto ꝗui⁹ peccat.vnde ali
enatis nõ iputanť pctã:timores ãt ⁊ triſticie
graueſ ⁊ maxime in ꝑiculis mortis ſtupefaci
unt mẽtem hoīs:qđ nõ facit delectatio q̃ mo
uet ad intpantiam.2° qꝛ quãto aliqđ peccatũ
ẽ magis volũtariũ:tãto ẽ grauius. Intempe
rantia aũt plus hꝫ de volũtario ꝗ̃ timiditas
⁊ h̃ duplici rõne. Uno° quia ea q̃ ꝑ timorem
fiũt principiũ hñt ab exteriori ipellente. vnđ
nõ ſũt ſimpliciter volũtaria:ſꝫ mixta ut dť in
3° ethicoꝝ:ea aũt que ꝑ delectationẽ fiũt ſũt
ſimpliciter volũtaria. Alio° qꝛ ea q̃ ſũt itpata
ſũt magis volũtaria i pticulari:min⁹ aũt volũ
taria in vlĩ:nullus.n.vellet intẽpat⁹ eẽ. allici
tur tñ hõ a ſingularibus delectatiõib⁹ q̃ intẽ
peratũ faciũt hoīem:ꝓpť qđ ad vitãdũ ītem
perantiã maximũ remediũ ẽ vt ñ īmoreť hõ
circa ſingulariũ ꝯſiderationẽ.ſꝫ ī his q̃ ptinẽt
ad timiditatẽ ẽ ecõ°nã ſingularia q̃ īminẽt ſť
min⁹ volũtaria:ut abycere clypeũ.⁊ alia h⁹
modi.ſꝫ ipſũ cõmune ẽ magiſ volũtariũ puta
fugiẽdo ſaluari.hoc aũt ẽ ſimpliciť magis vo
lũtariũ qđ ẽ magis volũtariũ in ſingularib⁹ ī
qbus ẽ actuſ:⁊ iõ intpantia cũ ſit ſimpliciter
magis volũtarium ꝗ̃ timiditas eſt maius vi
tiũ.3° quia ꝯ̃ intpantiam põt magis de facili
remedium adhiberi ꝗ̃ ꝯ̃ timiditatẽ.eo ꝙ de
lectationes ciboꝝ ⁊ venereoꝝ circa quas ẽ
intpantia ꝑ totã vitam occurrũt.⁊ ſine ꝑicu
lo põt hõ circa ea exercitari ad h̃ ꝙ ſit intpa
tus:ſꝫ ꝑicula mortis rari⁹ occurrũt ⁊ ꝑiculoſi
us ī his hõ exercitať ad timiditatẽ fugiẽdaꝫ
⁊ iõ tpantia eſt ſimplr̃ maius pctm̃ ꝗ̃ timidi
tas. ¶ Ad ꝓmũ ꝗ̊ dđ ꝙ excellentia fortitudis
ſupra temperantiam poteſt ꝯſiderari duplr̃.
Uno° ex parte finis.quod pertinet ad nomẽ
boni.qꝛ.ſ.fortitudo magis ordinať ad bonũ
cõe ꝗ̃ tpantia:ex hac etiam pte timiditas hꝫ
quãdam excellentiam ſ̃ intpantiã: inꝗ̃tũ.ſ.
ꝑ timiditatẽ aliq deſiſtũt a defenſione boni
cõis. Alio° ex parte difficultatis.inꝗ̃tũ.ſ. dif
ficilius ẽ ſubire ꝑicula mortis ꝗ̃ abſtinere a
qbuſdã delectabilib⁹.⁊ ꝗ̃tũ ad h̃ nõ oportet
ꝙ timiditas ꝓcellat intpantiaꝫ. Sicˉ.n.maio
ris v̾tutis ẽ nõ vici a fortiori:ita etiam ẽ ꝯ̃rio
minoris vitÿ ẽ a fortiori vinci.⁊ maioriſ vitÿ
a debiliori ſupari. ¶ Ad ſecũduꝫ dđ ꝙ amor
ꝯſeruationis vite propter quam vitantur pe
ricula mortis eſt multo magis ꝯnãlis ꝗ̃ q̃
cũꝗ̃ delectationes ciboꝝ uel venereoꝝ q̃ ad
ꝯſeruationem vite ordinanť. ⁊ iõ difficili⁹ ẽ
vincere timorẽ ꝑiculorũ mortis ꝗ̃ ꝯcupiſcẽtiam
delectationũ q̃ ẽ in cibis ⁊ venereis.cui tañ
difficilius ẽ reſiſtere ꝗ̃ ire triſticie ⁊ timori
quorũdam aliorũ maloꝝ. ¶ Ad tertiũ dđ ꝙ ī
timiditate ꝯſiderať magiſ volũtariũ ī vniuer
ſali:minus tñ in particulari ⁊ iõ in ea eſt ma
gis volũtarium ſm̃ quid.⁊ nõ ſimpliciter.

## Ad quartum ſic pro

cediť. Videť ꝙ pctm̃ intpantie nõ ſit maxie
exꝓbrabile. Sicut.n. honor debeť v̾tuti: ita
exꝓbratio debeť pctõ.ſed quedã pctã ſũt ꝗ̊
uio a ꝗ̃ intẽperãtia:ſicut homicidiũ: blaſfe
mia ⁊ alia h⁹mõi.ꝗ̊ pctm̃ intpantie non ẽ ma
xime exꝓbrabile. ¶ P. Pctã que ſũt magis
cõia videť min⁹ eẽ exꝓbrabilia eo ꝙ đ his
hoīes min⁹ verecũdanť.ſꝫ pctã intpantie ſũt
maxime cõia:q̃ ſũt circa ea que cõiter ī vſuꝫ
hũane vite veniũt in qbus etiaꝫ plurimi pec
cant.ꝗ̊ pctã intpãtie nõ videť eẽ maxie exꝓ
brabilia. ¶ P. Phus dicˉ ī 7° ethicoꝝ ꝙ tpan
tia ⁊ intpantia ſũt circa cõcupiſcẽtias ⁊ dele
ctationes hũanas.ſũt aũt quedam concupiſcẽ
⁊ delectationes turpiores cõcupiſcẽtÿs ⁊ de
lectatiõib⁹ hũanis que dicuntur beſtiales et
egritudinales:vt in eodẽ li° phs dicˉ.ꝗ̊ intpan
tia nõ ẽ maxime exꝓbrabilis. ¶ Sꝫ ꝯ̃ eſt qđ
phus dicˉ in 3° ethicoꝝ ꝙ intpantia inť alia vi
tia videť iuſte exꝓbrabilis eẽ. ¶ R° dicẽdũ
ꝙ exprobratio oppõi videť honori ⁊ gl̃ie. ho
nor aũt excellẽtie debeť ut ſ̃ hitũ ẽ:gl̃ia autẽ
claritatẽ importat. Eſt ꝗ̊ intpantia maxie ex
ꝓbrabilť ꝓpť duo. ꝓ qdẽ qa maxie repugñt ex
cellentie hoīs.eſt. n.circa delectatiões cões
nobis ⁊ brutis ut ſ̃ hitũ ẽ. Vñ in ps.dicitur.
Homo cũ in honore eẽt nõ intellexit: cõpat⁹
eſt iumẽtis inſipiẽtibus ⁊ ſimilis factus ẽ illˀ.
2° qꝛ maxime repugñt ei⁹ claritati vel pulchri
tudini inꝗ̃tũ.ſ.ī delectatõib⁹ circa q̃s ẽ intẽ
perantia min⁹ apparet de lumīe rõnis ex q̃ ẽ
tota claritas ⁊ pulchritudo v̾tutiſ.vñ ⁊ huiuſ
modi delectationes dicũtur ſeruiles. ¶ Ad ꝓ
mũ ꝗ̊ dicẽdũ ꝙ ſicut Greg⁹ dicit vitia carna
lia que ſub intpantia cõtinẽť ⁊ ſi ſint minoriſ
culpe:ſũt tñ maioris infamie. nam magnitu
do culpe reſpicit deordinationem a fine infa

ſtia aũt reſpicit turpitudinẽ que maxime cõ
ſideratꝛ ſm indecẽtiã peccãtis. ¶ Ad ſecũdũ
dicendũ ꝙ cõſuetudo peccãdi diminuit tur
pitudinẽ ⁊ ĩfamiam peccati ſm opinionẽ ho
minũ: nõ autem ſm naturam ipſoꝝ vitiorum
¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ cuꝫ dicitur intpãtia
eẽ maxime exꝓbrabilis: ẽ ĩtelligẽdũ ĩter vi
tia hũana q̃. ſ. attendũtur ſm paſſiones hũa
ne nãe aĩali cõformes. ſꝫ illa vitia q̃ excedũt
modũ hũane nãe ſunt magis exprobrabilia.
⁊ tñ etiam illa videntur reduci ad genus intẽ
perantie ſm quẽdã exceſſuꝫ: ſicut ſi aliqs d
lectaretur ĩ cõmeſtione carniũ hũanarũ: aut
in coitu beſtiarum aut maſculoꝝ.

# Deinde cõſide

randũ ẽ de ptibꝰ tpantie. Et
p̊ de ipſis partibus in genera
li. 2° de ſingulis earum in ſpe
ciali.

## Ad primuꝫ ſic proce

ditꝛ. Videtur ꝙ Tulliꝰ ĩ ſua rethorica ĩcõue
nienter aſſignet ptes tpantie quas dicꝛ eẽ cõ
tinentiã: clementiã: modeſtiã. Continẽtia. n.
ꝯ virtutẽ diuiditꝛ in 7° ethicoꝝ. ſed tpantia cõ
tinetꝛ ſub ṽtute. g̊ cõtinẽtia nõ ẽ ps tpantie.
ꝑ. Clemẽtia videtꝛ eẽ mitigatiua odij ul' ire.
tpantia aũt nõ ẽ circa hꝰmõi ſꝫ circa delecta
tiones tactus ut dictũ ẽ. g̊ clemẽtia nõ eſt ps
tpantie. ¶ ꝑ. Modeſtia conſiſtit in exterio
ribus actibus. Vñ ⁊ apl's dicꝛ ad philippẽſes
4°. Modeſtia vr̃a nota ſit oĩbus hoĩbus. ſed
actus exteriores ſũt materia iuſticie ut ſ̃ ha
bitũ ẽ. g̊ modeſtia magiſ ẽ ps iuſticie q̃ꝫ tpan
tie. ¶ ꝑ. Macrobiꝰ ſup ſomniũ Scipionis
ponit multo plures tpantie ptes. dicꝛ. n. ꝙ tẽ
perãtiã ſeqꝛ modeſtia: verecũdia: abſtinẽtia:
caſtitaſ: honeſtas: moderaᵒ: pcitas: ſobrietas:
pudicitia. Andronicus etiã dicꝛ ꝙ familiareſ
tpantie ſũt: auſteritas: cõtinẽtia: hũilitas: ſim
plicitas: ornatꝰ: bona ordinatio: ꝑ ſe ſufficien
tia. Videtꝛ g̊ ĩſufficiẽt Tulliꝰ enumeraſſe tẽ
perantie ptes. ¶ Rᵒ dicẽdũ ꝙ ſicut ſ̃ dictuꝫ
ẽ: alicꝰ ṽtutis cardinalis triplices ptes eẽ pñt
ſ. integrales: ſubiectiue ⁊ potentiales. ⁊ dicũ
tur partes integrales alicuius virtutis condi
tiones q̃s neceſſe ẽ concurrere ad virtutẽ. et
ſm hoc ſũt due ptes integrales tpãtie. ſ. vere
cundia ꝑ quã aliqs refugit turpitudinem tẽ
perantie ꝯriã. ⁊ honeſtas ꝑ quã. ſ. aliqs amat
pulchritudinẽ tẽperantie. nam ſicut ex dictꝭ
pꝫ ꝓcipue tpãtia ĩter ṽtutes vẽdicat ſibi quẽ
dam decorẽ. ⁊ vitia intpantie maxie turpitu
dinẽ hñt. ptes aũt ſubiectiue alicuiꝰ ṽtutꝭ di
cũtur ſpẽs eius. Oportet autem diuerſificare
ſpẽs ṽtutum ſm diuerſitatẽ materie uel obie
cti. Eſt aũt tpantia circa delectationes tactꝰ
que diuidũtur in duo genera. nã q̃dã ordinã
tur ad nutrimẽtũ. ⁊ ĩ his q̃tũ ad cibũ ẽ abſti
nẽtia. q̃tũ aũt ad potũ ꝓprie ſobrietas: q̃daꝫ
ṽo ordinantꝛ ad viꝫ generatiuã. ⁊ in his q̃tũ
ad delectationẽ ꝓncipalẽ ipſius coitꝰ ẽ caſti
tas. q̃tũ aũt ad delectationes circũſtãtes: pu
ta q̃ ſũt in oſculis tactibꝰ ⁊ amplexibꝰ: attẽdi
tur pudicitia. ptes aũt potẽtiales alicꝰ ṽtutis
principalis dicũtur ṽtutes ſecundarie q̃ mo
dũ quẽ pricipalis ṽtus obſeruat circa aliquã
principalẽ mãm idem obſeruant ĩ quibuſdã
alijs materijs in q̃bus ñ ẽ ita difficile. ptinet
aũt ad tpantiam moderari delectationes ta
ctus q̃s difficilimũ ẽ moderari. vñ quecunq̃ꝫ
ṽtus moderationẽ quãdã opatur in aliq̃ ma
teria ⁊ refrenationẽ appetitus ĩ aliqd tẽdẽtiſ
poni põt ps tpantie ſicut ṽtus ei adiũcta. qḋ
quidẽ contingit tripliciꝛ. Unoᵒ ĩ interioribus
motibus aĩ. Alioᵒ in exterioribus motibuſ et
actibus corpis. 3° mõ in exterioribꝰ rebꝰ. pretꝛ
motũ aũt concupĩe quẽ moderatꝛ ⁊ refrenat
tpantia tres motus ĩueniũtur in aĩa in aliqd
tendẽtes. Primꝰ quidẽ ẽ motꝰ volũtatis cõ
mote ex ĩpetu paſſiõis. ⁊ hũc motũ refrenat
ꝯtinẽtia: ex q̃ fit ut lꝫ hõ ĩmoderatas ꝯcupiaſ
patiatꝛ: volũtas tñ nõ vicitꝛ. Alius aũt motus
interior in aliqd tẽdẽs ẽ motꝰ ſpei ⁊ audacie
que ipſam conſeqꝛ: ⁊ hũc motum moderatꝛ
ſiue refrenat humilitas. Tertiꝰ aũt motꝰ eſt
ire tendens ĩ vindictã quẽ refrenat mãſuetu
do ſiue clemẽtia. Circa motuſ aũt ⁊ actꝰ cor
pales: moderationẽ ⁊ refrenationẽ facit mo
deſtia: quã Andronicus ĩ tria diuidit: ad q̃rũ
primũ ptinet diſcernere quid ſit faciendum:
⁊ quid dimittẽdũ: ⁊ quid quo ordine ſit agẽ
dũ. ⁊ in hoc firmiter perſiſtere. ⁊ q̃tum ad h̓
ponit bonam ordinationem. aliud autem eſt
ꝙ hõ in eo qḋ agit decẽtiam obſeruet. ⁊ q̃tũ
ad hoc põit ornatũ. tertiũ aũt ẽ in colloquijs
amicorũ: uel quibuſcũq̃ꝫ alijs. ⁊ q̃tum ad h̓
ponitꝛ auſteritas. Circa exteriora ṽo duplex
moderatio ẽ adhibẽda. p̊ quidẽ ut ſupflua ñ
requirãtur. ⁊ q̃tum ad h̓ ponitꝛ a macrobio
pcitas. ⁊ ab Andronico ꝑ ſe ſufficiẽtia. 2° ṽo

nō nimis exqſita regrat. et ꝗ̄tū ad h ponit
Macrobius moderationē: Andronicuſ vo
ſimplicitatē. ¶ Ad pmū ḡ dicēdū ꝙ ꝯtinen
tia differt qdē a vtute ſicut iꝑfectū a ꝑfecto
ut. i. dicet. ꝛ h mō ꝯdiuiditur virtuti. ꝯue
nit tn̄ cū tꝑantia ꝛ in mā q̄a ē circa delectatio
nes tactus: et in modo quia in quadam rfre
natione ꝯſiſtit. et iō ꝯuenient ponitur ps
tꝑantie. ¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ clementia
ſiue mãſuetudo ñ ponit ps tꝑantie ꝓpt̄ ꝯ-
ueniētiā materie. ſꝫ q̄a ꝯuenit cū ea ī mō re-
frenãdi ꝛ moderãdi ut dictū ē. ¶ Ad t̄tium
dicēdū ꝙ circa exteriores actꝰ iuſticia attē
dit id qd ē debitū alt̄i. h aūt modeſtia non
attendit: ſꝫ ſolū moderationē quādā ꝛ iō ñ
ponit ps iuſticie: ſꝫ tꝑantie. ¶ Ad q̄rtū dicen
dum ꝙ Tulliꝰ ſub modeſtia ꝯphendit oīa
illa, que ꝑtinēt ad moderationeꝫ corꝑalium
motuū et exterioꝝ reꝝ. et etiā moderatiōeꝫ
ſpei quā diximꝰ ad humilitatē ꝑtinere.

# Deinde ꝯſide

randū ē d ꝑtibꝰ tꝑātie ī ſpā
li. ¶ Et ꝓ de ꝑtibꝰ quaſi inte
gralibus q̄ ſunt verecūdia ꝛ
honeſtas. Circa verecūdi
am aūt q̄rūtur q̄tuor. ꝓ vtꝝ verecūdia ſit v
tus. 2° de q̄bus ſit verecūdia. 3° a q̄bꝰ hō
verecūdatur. 4° quoꝝ ſit verecūdari.

# Ad primuꝫ ſic proce

dit. Videt ꝙ verecundia ſit virtus. Eſſe. n. ī
medio ſm determinationē rōnis ē ꝓpͥuꝫ vtut
ut pꝫ ex diffinitiōe vtutis q̄ ponit in 2° ethi-
coꝝ. ſꝫ verecūdia ꝯſiſtit ī tali medio: ut pꝫ ꝑ
phm ibidē. ḡ verecūdia ē vtus. ¶ P. Omne
laudabile uł ē vtꝰ uel ad vtutē ꝑtinet. ſed ve
recūdia ē quoddā laudabile: nō ē aūt ps ali-
cuiꝰ virtutis: nō. n. ē ps prudētie: q̄a nō eſt ī
rōne ſꝫ in appetitu: neqꝫ etiā ē ps iuſticie q̄a
verecūdia paſſionē quādā īportat: iuſticia
aūt non eſt circa paſſiones: ſilit̄ nō ē ps for-
titudinis: q̄a ad fortitudinē ꝑtinet ꝑſiſtere ꝛ
aggredi. ad verecūdiā aūt refugē aliq̄d. neqꝫ
etiam ē ps tꝑantie: q̄a tꝑātia eſt circa concu
piſcētias: verecūdia aūt ē timor q̄dā ut pꝫ ꝑ
phm in 4° ethicoꝝ ꝛ ꝑ damaſcenuꝫ in 2° li.
relinquit ḡ ꝙ verecūdia ſit virtus. ¶ P. Ho
neſtum cū virtute ꝯuertit: ut pꝫ ꝑ Tullium
ī ꝓ d offi. ſꝫ verecūdia ē quedā ps honeſtatis
dicit. n. Ambꝰ in ꝓ de offi. ꝙ verecundia eſt

ſocia ac familiaris mentis placiditati: ꝓtulā
fugitās: ab omni luxu aliena: ſobrietatē dili
git. ꝛ honeſtatē fouet. ꝛ decorē requirit. ḡ
verecūdia ē vtus. ¶ P. Nē vitiū opponitur
alicui vtuti. ſꝫ q̄dā vitia opponūt verecūdie
ſ. inuerecūdia ꝛ iordinatꝰ ſtupor. ergo verecū
dia eſt virtus. ¶ P. Ex actibus ſimiles hītꝰ
generantur: ut dr̄ in 2° ethicoꝝ. ſꝫ verecūdia
iportat actum laudabilē. ḡ ex multis talibꝰ
actibꝰ cauſat habitꝰ. ſꝫ habitꝰ laudabiliū op
um ē virtꝰ: ut pꝫ ꝑ phm in ꝓ ethicoꝝ. ḡ verecū
dia eſt vtus. ¶ Sꝫ ꝯ ē qd phs dic in 2° ꝛ 4°
ethicoꝝ verecūdiā nō eē vtutē. ¶ Rꝰ dicen
dum ꝙ virtꝰ dupliciter accipit: ꝓprie. ſ. ꝛ cōi
ter. Proprie qdē vtus ꝑfectio q̄dā ē ut dr̄ in
7° phiſicoꝝ. ꝛ iō oē illud qd repugt ꝑfectiōi
etiā ſi ſit bonū deficit a rōne virtutis. verecū
dia aūt repugnat ꝑfectiōi: eſt enim timor ali
cuiꝰ turpis qd. ſ. eſt exprobrabile. Unde Da
maſcenus dic ꝙ verecūdia ē timor d turpi
actu. Sicut aūt ſpes ē de bono poſſibili ꝛ ar
duo ita etiā timor eſt de malo, poſſibili et ar
duo ut s̄ habitū ē cū d paſſionibꝰ ageret. il
le aūt q ē ꝑfectꝰ ſm hītū vtutis nō apphēdit
aliq̄d exꝓbrabile ꝛ turpe ad faciēdū ut poſ
ſibile et arduū. i. difficile ad vitādū: neqꝫ eti
am actu facit aliq̄d turpe vn̄ oppꝓbriū timeat
Vn̄ verecūdia ꝓpe loquēdo nō ē vtus: deficit
n. a ꝑfectiōe vtutis. Coīt aūt dr̄ virtꝰ omne
qd ē bonū et laudabile ī hūanis actibus uel
paſſionibꝰ. et ſm h q̄nꝫ verecūdia dr̄ virtuſ
cū ſit q̄dā laudabilis paſſio. ¶ Ad pmū ḡ di
cendū ꝙ eē in medio non ſufficit ad rōnem
vtutiſ q̄uis ſit vna ꝑticula poſita ī vtutis diſ
finitione. ſꝫ reqrit vltius ꝙ ſit hītus electiuꝰ
i. ex electiōe oꝑans. verecūdia aūt nō noīat
habitū ſꝫ paſſionē: neqꝫ motꝰ eiꝰ ē ex electio
ne: ſed ex ipetu quodā paſſiōis. vn̄ deficit a
rōne vtutis. ¶ Ad ſecūdū dicēduꝫ ꝙ ſicut
dictū ē verecūdia ē timor turpitudinis ꝛ ex
ꝓbrationis. dictū ē aūt s̄ ꝙ vitiū itꝑantie ē
turpiſſimū et maxie exꝓbrabile. ꝛ iō verecū
dia ꝓncipaliꝰ ꝑtinet ad tꝑantiā q̄ ad aliquā
aliā vtutem rōne motiui qd ē turpe: nō aūt
ſm ſpēm paſſionis q̄ ē timor. ſm tn̄ ꝙ vitia
alijs vtutibꝰ oppoſita ſūt turpia ꝛ exꝓbrabi
lia pōt etiā verecūdia ad alias vtutes ꝑtinē
¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ verecundia fouet ho
neſtatē remouēdo ea q̄ ſūt honeſtati ꝯtraria
nō ita ꝙ ꝑtingat ad ꝑfectā rōnē honeſtatis
¶ Ad q̄rtū dicēdū ꝙ q̄libet defectꝰ cauſat

vitiū.nō aūt qðlibet bonū ſufficit ad rōnez
vtutis.ꝛ ideo nō oportet ꝙ oē illud cui di
recte opponit̄ vitiū ſit virtus.q̄uis oē vitiū
opponat̄ alicui virtuti ſm ſuā originē.ꝛ ſic
inuerecūdia inq̄tū ꝑuenit ex nimio amore
turpitudinū opponit̄ tpantie. ¶ Ad qntum
dð ꝙ ex multotiēs verecūdari cāt̄ habitus
virtutis acquiſite per quam aliqs turpia vi
tet de qb⁹ ē v̄ecūdia:nō āt vt aliqs vlterius
verecūdet̄.ſʒ ex illo habitu vtutis acq̄ſite ſic
ſe habet aliquis ꝙ magis verecundaret̄ ſi
materia verecundie adeſſet.

## Ad ſecunduʒ ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ verecūdia non ſit de turpi
actu. Dic̄.n.ph̄s i 4°.ethi.ꝙ v̄ecundia eſt ti
mor ingloriatōis.ſʒ qn̄q3 illi q nil turpe ope
rāt̄ ig̃latōeʒ ſuſtinēt.ſm illud ps. Propt̄ te
ſuſtinui opprobriū.opuit ↄfuſio faciē meā.
g̃ v̄ecūdia nō eſt ꝑprie de turpi actu. ¶ P̄.
Illa ſolū videntur eſſe turpia que habēt rōeʒ
peccati.ſʒ de quibuſdā hō verecūdat̄ que n̄
ſunt pctā.puta ſi aliqs exerceat ſuilia opa.
g̃ vr̄ ꝙ verecūdia nō ſit ꝑprie de turpi actu.
¶ P̄. Operatōes virtutū nō ſunt turpes ſʒ
pulcherrime.vt dicit̄ in p̄ ethicoꝝ.ſʒ qn̄ʒ ali
qui verecūdāt̄ aliq̄ opera vtutis facē.vt dr̄
Luc 9°. Qui erubuerit me ꝛ meos ſmones
hūc filius hoīs erubeſcet.ꝛc̄.g̃ v̄ecūdia non
eſt de turpi actu. ¶ P̄. Si verecūdia ꝑprie
eſſet de turpi actu.oportēt ꝙ de magl turpi
bus hō magl verecūdaret̄.ſʒ qn̄q3 hō pl⁹ v̄e
cūdat̄ de his q̄ ſūt min⁹ peccata: cum tn̄ de
g̃uiſſimis qbuſdā pct̄is gl̄iet̄: ſm illud ps.
Quid gl̄iari i malicia.g̃ v̄ecūdia nō ꝑpe eſt
de turpi actu. ¶ Sʒ 5̄ ē qð Damaſcen⁹ dic̄ i
2° li.° ꝛ Grego⁹ naçāſen⁹:ꝙ v̄ecūdia ē timor
i turpi actu vel i turpi ꝑpetrato. ¶ R° dicē
dū ꝙ ſic̄ ſ̄ dictū ē cū de paſſiōe timoris age
ret̄:timor ꝑprie eſt de malo arduo.qð.ſ.dif
ficile vitat̄. Eſt āt duplex turpitudo: vna q
dē vitioſa:q̄.ſ.ↄſiſtit i deformitate act⁹ volū
tarij:ꝛ h̄ ꝑprie loquēdo nō hʒ rōnē mali ar
dui:qð.n.in ſola volūtate ↄſiſtit nō videt̄ eē
arduū ꝛ eleuatū ſup hoīs ptātē.ꝛ ꝑpter hoc
nō app̄hēdit̄ ſub rōe terribilis.ꝛ ꝑpt̄ h̄ ph̄s
dic̄ i 2° rethorice:ꝙ honor maloꝝ n̄ ē timor
Alia āt ē turpitudo q̄ſi penalis q̄ qdē ↄſiſtit i
vitupatōe alicuius:ſicut q̄dā claritas gl̄e cō
ſiſtit i honoratōe alicuius.ꝛ q2 huiuſmōi vi
tuperiū hēt rōem mali ardui.ſicut honor hʒ
rōem boni ardui:v̄erecūdia que ē timor tur
pitudis p̄mo ꝛ p̄ncipal̄r reſpicit vituperiuʒ
ſeu opꝓbriū: ꝛ q2 vituperiū ꝑprie debet̄ vi
tio:ſicut honor virtuti:iō etiaʒ ex ↄſeq̄nti ve
recūdia reſpicit turpitudinē vitioſam. Vn̄ ſi
cut ph̄s dic̄ i 2° rethorice min⁹ hō v̄ecunda
tur de defectib⁹ q nō ex ei⁹ culpa proueniūt
Reſpicit aūt verecūdia culpā dupl̄r. Vno°
vt aliquis deſinat vitioſa agere ꝑpter timorē
vituperij. Alio° vt homo in turpibus q̄ agit
vitet ↄſpectus publicos ꝑpter timorē vitu
perij:quoꝝ p̄mū ſm Gregl.naçāſenū ꝑtinet
ad erubeſcētiā:ſecūdū ad verecūdiā: vn̄ ipe
dic̄ ꝙ qui verecūdat̄ occultat ſe in his que
agit.qui vero erubeſcit timet incidē in glo
riatōem. ¶ Ad p̄mū g̃ dð ꝙ verecūdia reſpi
cit ꝑprie ingl̄atōem ſm ꝙ debet̄ culpe que
eſt defect⁹ volūtarius:vnde ph̄s dic̄ i 2° re
thorice:ꝙ oīa illa hō magl verecūdat̄ quoꝝ
ipſe eſt cā:oꝑpbria aūt que inferūt̄ alicui ꝑ
pter virtutē virtuoſus qdē contēnit:q2 indi
gne ſibi irrogāt̄: ſicut de magnanimis ph̄s
dicit in 4° ethicoꝝ.ꝛ de ap̄lis dicit̄ Actuuʒ
5° ꝙ ibāt ap̄li gaudētes a ↄſpectu concilij.
qm̄ digni hiti ſunt ꝑ noīe ih̄u cōtumeliam
pati. Ex iperfectōe aūt virtutl cōtingit ꝙ ali
quis verecūdet̄ de oꝑpbrijs q̄ ſibi īferūt̄ ꝑ
pter virtutē:q2 quāto aliquis ē magis vtuo
ſus tāto magis ↄtēnit exteriora bona vl̄ ma
la. Vn̄ dr̄ Yſa.51°. Noli timere oꝑpbriū ho
minū. ¶ Ad ſecūdū dð ꝙ ſicut honor vt ſ̄
hitū eſt:ita etiā vituperiū q̄uis non debeat̄
vere niſi ſoli virtuti.reſpicit tn̄ quādā excel
lētiā: Ita etiā vituperiū q̄uis debeat̄ ꝑprie
ſoli culpe: reſpicit tn̄ ad min⁹ ſm opinioneʒ
hoīum quēcūq3 defectū.ꝛ iō de pauptate ꝛ
ignobilitate ꝛ ſeruitute ꝛ alijs huiuſmōi ali
quis v̄ecūdat̄. ¶ Ad tertiū dð ꝙ de opib⁹
virtuoſis i ſe ↄſideratis nō ē verecūdia: con
tingit tn̄ per accidēs ꝙ aliqs de eis verecū
det̄:vel inq̄tū habētur vt vitioſa ſm hoīuʒ
opinionē:vl̄ inq̄tū hō refugit i operib⁹ vir
tutis notā de p̄ſūptōe:aut etiā de ſimulatiōe.
¶ Ad quartū dð ꝙ qn̄q3 cōtingit aliq̄ gra
uiora pctā minus eſſe verecūdabilia:vel q2
minus habēt de rōne turpitudinis:ſicut pec
cata ſpūalia q̄3 carnalia:vel q2 ex quodā ex
ceſſu tēporalis boni ſe habēt: ſicut magl ve
recūdat̄ hō de timiditate q̄3 de audacia.ꝛ
de furto q̄3 de rapina ꝑpter quādā ſpēm po
teſtatis. Et ſil̄r eſt in alijs.

# Ad tertium ſic proce

dit᷑.Videt᷑ ꝙ homo nõ magis verecũdet᷑
a pſonis cõiunctis.Dr̃ .n. in 2° rethorice ꝙ
hoïes magꝭ erubeſcũt ab illꝭ a qb᷒ volũt ĩ am
miratõe hr̃i.ſ3 h̃ maxime appetit hõ a me
liorib᷒ q̃ q̃nq̃ nõ ſũt magis ꝯiũcti.g̊ hõ nõ
magꝭ erubeſcit de magis ꝯiũctis.¶ P̄.Illi
videt᷑ eẽ magis ꝯiuncti q ſũt ſiliũm opeꝝ.ſ3
hõ nõ erubeſcit de ſuo pctõ ab his quos ſcit
ſili pctõ ſubiacẽ:qꝛ ſicut dr̃ in 2° rethorice q̃
quis ĩpe facit h̃ ꝓximis nõ vetat.g̊ hõ ñ ma‑
gis verecũdat᷑ a maxime ꝯiũctꝭ.¶ P̄.Ph̃s
dic̃ in 2° rethorice ꝙ hõ magis v̓ecundat᷑ ab
his q ꝓpalãt mlt̃is qd̃ ſciũt.ſicut ſũt irriſo‑
res ⁊ fabulaꝝ fictores.ſed illi qui ſũt magis
ꝯiũcti nõ ſolẽt vitia ꝓpalare.g̊ ab eis nõ ma
xime ẽ v̓ecũdandũ.¶ P̄.Ph̃s ibidem dicit
ꝙ hoïes maxime verecũdãtur ab eis inter
quos ĩ nullo defecerũt.⁊ ab eis a quib᷒ p̃mo
aliqd poſtulãt.⁊ quoꝝ nũc p̃mo volunt eſſe
amici:huiuſmõi aũt ſũt min᷒ ꝯiũcti.g̊ ñ ma
gis v̓ecũdat᷑ hõ de magis ꝯiunctis.¶ S3 ꝯ
eſt qd̃ dr̃ in 2° rethorice ꝙ eos q̃s ſẽper ode
rũt hoïes magis erubeſcũt.¶ R̃° dd̃ ꝙ cũ
vituperiũ honori opponat᷑.ſicut honõr ĩpor
tat teſtimoniũ qd̃dã de excellẽtia alicui᷒.⁊
p̃cipue q̃ eſt ſc̃m v̓tutẽ:ita etiã opprobriũ c᷒
timor ẽ v̓erecũdia:ĩportat teſtimoniũ de de
fectu alicuius.⁊ p̃cipue ſc̃m aliquã culpam.
⁊ id̃ q̃to teſtimoniũ alicui᷒ reputat᷑ maiorꝭ
ponderis:tãto ab eo aliqs magis v̓ecũdat᷑.
Põt aũt teſtimoniũ aliqd̃ maioris põderis
reputari vel ꝓpter eius certitudinẽ veritatꝭ:
vl̃ ꝓpt̃ effectũ.Certitudo ãt veritatis adeſt
teſtimonio alicuius ꝓpter duo.Uno qdem
mõ ꝓpt̃ certitudinẽ iudicij:ſic p3 de ſapiẽti‑
bus ⁊ v̓tuoſis:a qbus hõ ⁊ magis deſiderat
honorari ⁊ magis v̓ecũdat᷑.vnde a pueris ⁊
beſtijs nullus v̓ecũdat᷑ ꝓpt̃ defectũ recti iu
dicij q eſt ĩ eis.Alio᷒ ꝓpt̃ cognitõem eoꝝ d̓
qb᷒ ẽ teſtimoniũ.qꝛ vnuſquiſq3 bñ iudicat
que cog̊ſcit:⁊ ſic magis verecũdamur a per
ſonis ꝯiunctꝭ q̃ facta nr̃a magis ꝯſiderãt.a
ꝑegrinis ãt ⁊ oĩo ignotis ad quos facta no‑
ſtra ñ ꝑuenerũt:nllo mõ v̓ecũdamur.Ex ef
fectu ẽ aliqd̃ teſtimoniũ magni põderis ꝓ‑
pter iuuamẽtũ ⁊ nocumẽtũ ab eo ꝓueniẽs.
⁊ id̃ magis deſiderãt hoïes honorari ab his
q pñt eos iuuare.⁊ magꝭ v̓ecũdãt᷑ ab eis q
pñt nocẽ.Et inde etiã ẽ ꝙ q̃tũ ad aliqd ma

gis v̓ecũdamur a perſonis ꝯiũctis cũ qbus
ſemꝑ ſumus ꝯuerſaturi q̃i ex h̃ nob̃ ꝑpetuũ
ꝓueniat detrimẽtũ:qd̃ ãt prouenit a ꝑegri‑
nis ⁊ trãſeuntib᷒ q̃i cito ꝑtrãſit.¶ Ad p̃mũ
g̊ dicẽdũ ꝙ ſiliis rõ ẽ propter quã verecũda
mur de meliorib᷒ ⁊ magis ꝯiũctꝭ:qꝛ ſic me
lioꝝ teſtimoniũ reputat᷑ magis efficax ꝓpt̃
vniuerſalẽ cognitõem quã hñt de reb᷒ ⁊ im
mutabilẽ ſñiam a v̓itate.ita etiã familiariũ
pſonaꝝ teſtimoniũ vr̃ magiſ efficax propter
h̃ qꝛ magis cognoſcũt particularia q̃ circa
nos ſũt.¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ teſtimoni
um eoꝝ q ſũt nobiſ ꝯiuncti in ſilitudinẽ pcti
nõ reformidam᷒:qꝛ nõ eſtimam᷒ ꝙ defc̃m
nr̃m apph̃ẽdãt vt aliquid turpe.¶ Ad t̃tiũ
dd̃ ꝙ a propalãtib᷒ v̓ecũdamur propter no
cumẽtũ ide ꝓueniẽs:qd̃ ẽ diffamatio apd̃
mlt̃os.¶ Ad q̃rtũ dicẽdũ ꝙ etiã ab illis in
ter q̃s nil mali fecim᷒ magiſ v̓ecũdamur ꝓpt̃
nocumẽtũ ſeq̃ns:qꝛ.ſ.ꝑ h̃ amittim᷒ bonã opi
nionẽ quã d̓ nob̃ hẽbãt.⁊ etiã qꝛ ꝯ̃ria iuxta
ſe poſita maiora videt᷑.vñ cũ aliqs ſubito d̓
aliq̃ quẽ bonũ eſtimauit aliquid turpe ꝑci
pit:apph̃endit h̃ vt turpi᷒.ab iſtis ãt a qbuſ
aliqd de nouo poſtulam᷒ vl̃ q̃ꝝ nũc p̃mo vo
lum᷒ eẽ amici:magis v̓ecũdamur propt̃ no
cumẽtũ ide ꝓueniẽs qd̃ ẽ ĩpedimẽtũ ĩplẽ
de petitionis.⁊ amicitie conſũmande.

# Ad quartum ſic pro

cedit᷑.Videtur ꝙ etiã in virtuoſis hoĩbus
poſſit eſſe verecundia.Contrarioꝝ.n.con
trarij ſunt effectus.ſed illi qui ſũt ſuꝑabun
dantis malicie non verecundant᷑ ſc̃m illud
Jere.3°.Frons mulieris meretricis facta ẽ
tibi:neſciſti erubeſcere.g̊ illi qui ſunt virtu
oſi magis verecũdantur.¶ P̄.Ph̃us dicit
in 2° rethorice ꝙ homĩes non ſolum erube
ſcunt vitia.ſed etiã ſigna vitioꝝ que quidẽ
contingit etiã eſſe ĩ virtuoſis.g̊ in virtuoſis
põt eſſe verecũdia.¶ P̄.Verecundia eſt ti
mor ingloriationis.ſed ꝯtingit aliquos vir
tuoſos inglorioſos eſſe:puta ſi falſe diffamã
tur:vl̃ etiã ĩdigne opprobria patiãt᷑.g̊ v̓ecũ
dia põt eẽ ĩ hoĩe v̓tuoſo.¶ P̄.Verecũdia ẽ
pars tp̃antie vt dictũ eſt.ps ãt nõ ſeparat᷑ a
toto.cũ g̊ tp̃antia ſit in hoĩe virtuoſo videt᷑
ꝙ etiã verecũdia.¶ S3 ꝯ ẽ qd̃ ph̃s dicit in
4° ethicoꝝ ꝙ verecũdia nõ eſt hoĩs ſtudioſi
¶ R̃° dd̃ ꝙ ſicut dictũ ẽ verecũdia ẽ timor
alicui᷒ turpitudis.De aũt aliqd̃ maluꝫ non

timeaẗ pōt ꝓpẗ duplicē rōez ꝯtigē. Uno° q₂ nō eſtimaẗ ut malū. Alio° q₂ nō eſtimaẗ vt poſſibile vl̄ vt difficile vitari. ⁊ ꝺm hoc vere cūdia deficit in aliq̄ dupliciẗ. Uno° q₂ ea q̄ ſunt erubeſcibilia nō apphēdūẗ vt turpia. ⁊ hoc mō carēt vecūdia hoīes ī pctīs ꝓfūdati qbus ſua pctā nō diſplicēt ſ₃ magis de eis gloriāẗ. Alio mō q₂ n̄ apphēdunt turpitudinem vt poſſibilē ſibi: vel q̄ſi nō facile vitabilē. ⁊ hoc mō ſenes ⁊ vtuoſi vecūdia carēt: ſ₃ tn̄ ſic diſpoſiti vt ſi ī eis eēt aliqd turpe. d̄ h̄ verecūdarēẗ: vn̄ phs dic̄ ī 4°. ethicoꝝ ꝙ verecūdia ē ex ſuppoſitōe ſtudioſi. ¶ Ad pmū g̊ dō ꝙ defect⁹ vecūdie ꝯtingit ī peſſimis ⁊ optimis viris ex diuerſis cāis: vt dictuȝ eſt: inueniẗ aūt in his q mediocriẗ ſe hn̄t ꝺm ꝙ eſt ī eis aliquid de amore boni ⁊ tn̄ nō ſunt totaliter imunes a malo. ¶ Ad ſcōm dō ꝙ ad virtuoſuȝ ptinet nō ſolū vitare vitia: ſed etiā ea q̄ hn̄t ſpēm vitioꝝ: ꝺm illō. i. ad Theſſal. 5°. Ab oī ſpecie mala abſtiete vos. ⁊ phs dicit ī 4° ethicoꝝ ꝙ vitāda ſūt virtuoſo taȝ ea q̄ ſunt mala ſ₃ vitatē: q̄ȝ ea q̄ ſūt mala ꝺm opinionē. ¶ Ad tertiū dō ꝙ ifamationes ⁊ opprobria vtuoſus vt dictū ē ꝯtēnit q̄i ea qbus ipſe nō ē dign⁹. et iō de his nemo multū verecūdaẗ: eſt tn̄ aliqs mot⁹ vecūdie proueniēs rōi: ſicut et ceteraꝝ paſſionū. ¶ Ad quartū dō ꝙ verecūdia nō ē ps tpantie q̄ſi intrās eſſētiā eius. ſ₃ quaſi diſpoſitiue ſe habēs ad ipſā. Un̄ Amb°. dic̄ in li° de offi. ꝙ verecūdia iacit pma tpantie fūdamēta: inq̄ȝtū. ſ. incutit horrorē turpitudinis.

# Deinde ꝯſiderādū eſt de honeſtate.

Et circa h̄ q̄rūẗ q̄tuor. p̊ quō honeſtū ſe hēat ad vtutem. 2° quō ſe hēat ad decorē. 3° quō ſe hēat ad vtile ⁊ delectabile. 4° vtꝝ honeſtas ſit ps tpantie.

## Ad primuȝ ſic procediẗ.

Uideẗ ꝙ honeſtū non ſit idem virtuti. Dicit. n. Tulli⁹ ī ſua rethorica: honeſtū eſſe qō ꝓpẗ ſe appetiẗ: vtus aūt nō appetiẗ ꝓpẗ ſeipſā ſ₃ ꝓpẗ felicitatē: dic̄. n. phs ī p̊ ethicoꝝ ꝙ felicitas ē pmiū vtutis ⁊ finis. g̊ honeſtuȝ nō ē idē vtuti. ¶ P̄. Scdōȝ Yſidoꝝ hōeſtas diciẗ q̄i honoris ſtatus. ſ₃ multis alijs debetur honor q̄ȝ vtuti: nā vtuti ꝓpe debeẗ laus vt dr̄ in p̊ ethicoꝝ. g̊ honeſtas nō eſt idē virtuti. ¶ P̄. Pricipale vtutis ꝯſiſtit in interiori electōe: vt phs dic̄ in 8°. ethicoꝝ: honeſtas aūt magis vr̄ ad exteriorē ꝯuerſatōem pertinere ꝺm illud. i. ad Cor. 14°. Oia honeſte ⁊ ꝺm ordinē fiāt in vobis. g̊ honeſtas nō eſt idē vtuti. ¶ P̄. Honeſtas videẗ ꝯſiſtere ī exteriorибus diuitijs: ſ₃ illud Ezech. xi°. Bōa ⁊ mala vita ⁊ mors vtraq₃ a deo ſūt. ſ₃ ī exterioribꝰ diuitijs nō ꝯſiſtit virt⁹. g̊ honeſtas nō eſt idē vtuti. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē illud qō Tullius dicit ī pmo de offi. ⁊ in 2° rethorice: diuidēs honeſtū in q̄tuor p̄ncipales vtutes: in quas etiā diuidiẗ virt⁹. g̊ honeſtū ē idem virtuti. ¶ R° dō ꝙ ſicut Yſidorus dic̄: honeſtas dr̄ q̄i honoris ſtatus. vn̄ ex hoc videẗ aliqd dici honeſtū qō ē honore dignū: honor auteȝ vt ſ̄ dictū eſt excellētie debeẗ. excellētia āt hoīs maxime ꝯſideratur ꝺm vtutē que ē diſpoſitio pfecti: vt dr̄ in 7°. phiſicoꝝ. ⁊ iō honeſtuȝ ꝓpe loq̄ndo in idē referẗ cum vtute. ¶ Ad pmū g̊ dō ꝙ ſicut phs dicit ī p̊ ethicorū eoꝝ q̄ propẗ ſe appetūtur q̄dā appetūẗ ſolū ꝓpẗ ſe ⁊ nūq̄ȝ ꝓpter aliud: ſic felicitas q̄ ē vltim⁹ finis. q̄dā vō appetūtur ⁊ ꝓpẗ ſe inq̄ȝtū hn̄t ī ſeipis aliquā rōez bonitatꝭ etiā ſi nihil aliō boni p ea nob accidēt. ⁊ tn̄ ſc̄ appetibilia ꝓpẗ aliud ī q̄ꝺtū. ſ. pducūt nos ī aliqō bonū pfecti⁹. ⁊ h̄ mō vtutes ſūt ꝓpẗ ſe appetēde. Un̄ Tulli⁹ dic̄ in 2° rethorice ꝙ qōdā ē qō ſua vi nos allicit ⁊ ſua dignitate trahit vt vt⁹. vitas. ſcīa. ⁊ h̄ ſufficit ad rōeȝ honeſti. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ eoꝝ q̄ honoraẗ preẗ virtutē: aliqd eſt virtute excellēti⁹. ſ. ds ⁊ btitudo. ⁊ huiuſmōi nō ſūt ita nob p experiētiaȝ nota ſic̄ vtutes ꝺm q̄s q̄tidie opamur. ⁊ iō vt⁹ magꝭ ſibi vēdicat nomē honeſti. Alia vō q̄ ſc̄ infra vtutē honoraẗ ī q̄ꝺtū coadiuuāt ad opa virtutꝭ: ſicut nobilitas: potentia: ⁊ diuitie. vt. n. phs dic̄ in 4° ethicoꝝ. huiuſmōi honoraẗ a qbuſdā. ſ₃ ꝺm veritatē ſolus bonus ē honorādus: bon⁹ āt ē aliqs ꝺm virtutē. ⁊ iō vtuti qdē debeẗ laus ꝺm ꝙ ē appetibilis ꝓpẗ aliud: honor aūt ꝓut ē appetibilis ꝓpẗ ſeipm: ⁊ ꝺm h̄ h₃ rōem honeſti. ¶ Ad tertiū dō ꝙ ſic̄ dictū eſt: honeſtū iportat debitū honoris: honor aūt ē ꝯteſtatio q̄dā de excellētia alicui⁹ vt ſ̄ dictū eſt: teſtimoniuȝ āt nō ꝓferẗ niſi de reb⁹ notꝭ: interior aūt electio nō inoteſcit hōi niſi p exteriores act⁹. et iō exterior ꝯuerſatio h₃ rōem honeſti: ꝺm ꝙ ē

ꝺīḣſatiua intiorꝭ rectitudīs. ꝛ pp ħ radicalr
hōeſtaſ ꝯſiſtit ī itiori electōe. ſignificatiue āt
i ertiori ꝯuēſatōe. ¶ Ad q̄rtū ꝺō ꝙ qꝛ ſꝫ vul
garē opinionē excellētia ꝺiuitiaꝝ fac̄ hoīem
ꝺignū honoꝛe. inde ē ꝙ q̄ſꝫ nomē honeſta
tis ad exterioꝛē ꝓſperitatē trāſfert.

## Ad ſecunduꝫ ſic pꝛo

cedit. Ur ꝙ honeſtū non ſit idē qꝺ ꝺecoꝝ.
Ratio. n. honeſti ſumit ex appetitu: nā ho
neſtū eſt qꝺ per ſe appetit. ſed ꝺecoꝝ magꝭ
reſpicit aſpectū cui placet. g̊ ꝺecoꝝ nō ē idē
qꝺ honeſtū. ¶ P. Decoꝛ quādā claritatē re
qrit q̄ ꝑtinet ad rōem glīe: honeſtū āt reſpic̄
honoꝛē. cū g̊ honoꝛ ꝛ glīa ꝺifferāt vt ſ̄ ꝺictū
ē: vr̄ ꝙ etiā honeſtū ꝺifferat a ꝺecoꝛo. ¶ P.
Honeſtū ē idē v̄tuti vt ſ̄ ꝺictū ē. ſꝫ aliqs ꝺe
coꝛ ꝯ̄riat v̄tuti. Un̄ ꝺr̄ Ezech. 16°. Dn̄s fidu
ciam in pulchꝛitudine tua fornicata es ī no
mie tuo. g̊ honeſtū nō eſt idē ꝺecoꝛo. ¶ Sꝫ
ꝯ̄ ē qꝺ apl's ꝺic̄. i. ad Corꝭ. 12°. Que ī honeſta
ſūt nr̄a: abūdatioꝛē honeſtatē habent. hone
ſta āt nr̄a nulliꝰ egēt. vocat āt ibi inhoneſta
mēbꝛa turpia. honeſta aūt mēbꝛa pulchꝛa.
g̊ honeſtū ꝛ ꝺecoꝝ idē eſſe videt. ¶ Rꝰ ꝺō
ꝙ ſic̄ accipi pōt ex v̄bis Dyo. 4°. ca°. ꝺe ꝺiui.
no. ad rōeꝫ pulchꝛi ſiue ꝺecoꝛi ꝯcurrit ꝛ cla
ritas ꝛ ꝺebita ꝓpoꝛtio: ꝺic̄. n. ꝙ ꝺ̄us ꝺr̄ pul
cher: ſicut vniuerſoꝝ ꝯſonantie ꝛ claritatis
cā: vn̄ pulchꝛitudo coꝛpoꝛis ī ħ ꝯſiſtit ꝙ hō
habeat membꝛa coꝛpoꝛis bn̄ ꝓpoꝛtiōata cū
q̄dā ꝺebiti coloꝛis claritate. ꝛ ſilr pulchꝛitu
ꝺo ſpūalis in ħ ꝯſiſtit ꝙ ꝯuerſatio hoīs ſiue
actio eius ſit bn̄ ꝓpoꝛtionata ſ̄m ſpūalē rō
nis claritatē: hoc aūt ꝑtinet ad rōem hōeſti
qꝺ ꝺiximꝰ idē eſſe virtuti q̄ ſ̄m rōem mode
rat oēs res humanas. ꝛ iꝺ honeſtū eſt idem
ſpūali ꝺecoꝛi. Un̄ Augꝰ ꝺic̄ in li°. 83. q. Hone
ſtatē voco itelligibilē pulchꝛitudinē: quā ſpi
ritualē nos ꝓpꝛie ꝺicimꝰ. ꝛ poſtea ſubdit ꝙ
multa ſūt pulchꝛa viſibilia q̄ minus ꝓp̄e ho
neſta appellātur. ¶ Ad p̄mū g̊ ꝺicēdū ꝙ ob
iectū mouēs appetitū ē bonū app̄hēſū: qꝺ
āt in ipſa appꝛehēſione apparet ꝺecoꝝ acci
pit vt ꝯueniēs ꝛ bonū. ꝛ iꝺ ꝺic̄ Dyoꝰ 4°. ca°
ꝺe ꝺiui. no. ꝙ oībus ē pulchꝝ ꝛ bonū amabi
le: vn̄ ꝛ ipm̄ honeſtū ſ̄m ꝙ hēt ſpūalem ꝺco
rē appetibile reddit. Un̄ ꝛ Tullius ꝺic̄ in p̄
ꝺe offi. Formā ipſā ꝛ tanq̄ faciē honeſti vi
ꝺes: q̄ ſi oculis cernēt mirabiles amoꝛes vt
ait Plato excitaret ſapiētie. ¶ Ad ſecūduꝫ
ꝺicēdū ꝙ ſicut ſ̄ ꝺictū eſt: glꝛa eſt effectꝰ ho
noꝛis. ex ħ. n. ꝙ aliqs honoꝛat vel laudatur
reddit clarus in oculis alioꝝ: ꝛ iꝺ ſicut ideꝫ
eſt honoꝛificū ꝛ glioſū: ita etiā idē eſt hone
ſtū ꝛ ꝺecoꝝ. ¶ Ad tertiū ꝺō ꝙ obiectio illa
ꝓcedit ꝺe pulchꝛitudie coꝛpoꝛali: q̄uis poſ
ſit ꝺici ꝙ etiā ꝓp̄ pulchꝛitudinē ſpūalēꝫ ali
quis ſpiritualr fornicat inq̄tū ꝺe ipa hone
ſtate ſupbit: ſ̄m illud Ezech. 28°. Eleuatū ē
coꝛ tuū in ꝺecoꝛe tuo: ꝑdidiſti ſapiētiā ī ꝺco
re tuo.

## Ad tertium ſic pꝛoce

ꝺit. Uidet ꝙ honeſtū nō ꝺifferat ab vtili ꝛ
ꝺelectabili. Dicit. n. honeſtū qꝺ ꝓpter ſe ap
petitur. ſed ꝺelectatio pꝛopter ſe appetitur:
ridiculum. n. vr̄ querere ꝓpter quid aliquis
velit ꝺelectari: vt ph̄s ꝺic̄ in 7° ethicoꝝ. g̊ ho
neſtū nō ꝺiffert a ꝺelectabili. ¶ P. Diuitie
ſub bono vtili ꝯtinēt: ꝺic̄. n. Tulliꝰ ī 2° retho
rice. Eſt aliqd nō ꝓp̄ ſuā vim ꝛ nāꝫ: ſꝫ ꝓp̄
fructū ꝛ vtilitatē appetēdū qꝺ pecunia eſt.
ſꝫ ꝺiuitie habēt rōem honeſtatis. ꝺr̄. n. Eccꝭ.
xi°. Paupꝑtas ꝛ honeſtas. i. ꝺiuitie a ꝺeo ſt.
ꝛ. 13°. ca°. Pōdus ſupꝑ ſe tollit qui honeſtioꝛi
. i. ꝺitioꝛi ſe cōicat. g̊ honeſtū non ꝺiffert ab
vtili. ¶ P. Tulliꝰ ꝓbat ī libꝛo ꝺe offi. ꝙ nil
pōt eſſe vtile qꝺ nō ſit honeſtū. ꝛ ħ idē hr̄ ꝑ
Ambꝰ. ī li° ꝺ offi. g̊ vtile nō ꝺiffert ab hone
ſto. ¶ Sꝫ ꝯ̄ eſt qꝺ Augꝰ ꝺic̄ ī li°. 83. q. Hone
ſtū ꝺr̄ qꝺ ꝓp̄ ſeipſū appetēdū eſt. vtile autē
qꝺ ad aliqꝺ aliud referēdū ē. ¶ Rꝰ ꝺō ꝙ ho
neſtū ꝯcurrit ī idē ſubiectū cū vtili ꝛ ꝺelecta
bili. a q̄bus tn̄ ꝺiffert rōne: ꝺr̄. n. aliqd hone
ſtū ſic̄ ꝺictū ē inq̄tū hēt quēdā ꝺecoꝛem ex
oꝛdinatōe rōnis. ħ āt qꝺ ē ſ̄m rōem oꝛdina
tū ē nālr ꝯueniēs hōi: vnūqꝺq̄ aūt nālr ꝺe
lectat ī ſuo ꝯueniēti. ꝛ iꝺ honeſtū ē nālr hōi
ꝺelectabile. ſicut ꝺe opatōe v̄tutꝭ ph̄s ꝓbat p̄
ethicoꝝ. nō tn̄ oē ꝺelectabile ē honeſtū: qꝛ
pōt etiā aliqꝺ ꝯueniēs eē ſꝫ ſēſū ꝛ n̄ ſꝫ rōeꝫ
ſꝫ ħ ꝺelectabile ē p̄ter hoīs rōem que ꝑficit
nām ipſiꝰ. Ipſa etiā v̄tꝰ q̄ ſ̄m ſe honeſta eſt
refert ad aliud ſicut ad finē. ſ. ad felicitatē.
ꝛ ſ̄m ħ idē ſubiecto ē honeſtū ꝛ vtile ꝛ ꝺele
ctabile: ſꝫ rōe ꝺifferūt. nā hōeſtū ꝺr̄ ſꝫ ꝙ ali
qd hꝫ quādā excellētiā ꝺignā honoꝛe ꝓpter
ſpūalē pulchꝛitudinē: ꝺelectabile āt inq̄tū
quietat appetitū: vtile autem inq̄tū refert
ad aliud. in pluribꝰ tn̄ ē ꝺelectabile q̄ vtile
ꝛ honeſtū: qꝛ oē vtile et honeſtū aliqualiter

ē delectabile:ſʒ nō cōuertiť vt dř in 2° ethi.
¶ Ad pͥmū ğ dō ꝙ honeſtū dř qđ ꝓpter ſe
appetiť appetitu rōali qui tendit ī id qđ ē cō
ueniēs rōni:delectabile āt ꝓpter ſe appetiť
appetitu ſenſitiuo. ¶ Ad ſecūdū dicē dum
ꝙ diuitie vocātur noīe honeſtatis ſm opi-
nionē multoꝝ q diuitias honorāt:vľ inquā
tū ordināť organice ad act⁹ ỽtutū vt dictū ē
¶ Ad tertiū dō ꝙ ītentio Tullij ⁊ Amb°.
eſt dicere ꝙ nihil pōt eē ſimpľr ⁊ ỽe vtile qđ
repugnat honeſtati:qꝛ oʒ ꝙ repugnet vltio
fini hoīs qđ ē bonuʒ ſm rōem:ꝗuis poſſit
forte eē vtile ſm qđ reſpectu alicuius finis
ꝑticularis:nō āt ītēdūt dicē ꝙ oē vtile in ſe
ꝯſideratū ꝑtingat ad rōem honeſti.

## Ad quartū ſic proce

diť. Videť ꝙ honeſtas nō debeat poni ꝑs
tꝑantie. Nō.n.ē poſſibile ꝙ idē reſpcu eiuſ
dē ſit ꝑs ⁊ totū.ſed tꝑantia eſt ꝑs honeſti vt
Tullius dicit in 2° rethorice.ğ honeſtas nō
ē ꝑs tꝑantie ¶ P̄.2° ethicoꝝ dř ꝙ vinū ꝑcor
dia facit honeſta.ſʒ vſus vini ꝑcipue ſupflu
us de q̄ ibi loq videť:magis ꝑtinet ad ītꝑan
tiā ꝗ̄ ad tꝑantiā.ğ honeſtaſ nō ē ꝑs tꝑantie
¶ P̄. Honeſtū dř qđ eſt honore dignū. ſed
iuſti ⁊ fortes maxīe honorāť: vt dicit phus
in ꝑ̊ ethicoꝝ.ğ honeſtas non ꝑtinet ad tꝑan
tiā.ſʒ magis ad iuſtitiā vľ fortitudinē. Vn̄ ⁊
Eleaçar⁹ dixit vt dř 2° Machabeorum 6°.
Fortiť ꝓ grauiſſimis ac ſcīſſimis legib⁹ hōe-
ſta morte ꝑfungar. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē qđ Macrobi⁹
honeſtatē ponit ꝑtē tꝑantie. Amb°. etiā in ꝑ̊
de offi. tꝑantie ſpāliť honeſtatez attribuit.
¶ R° dō ꝙ ſicut ſ̈ dictū ē:honeſtas ē q̄dā
ſpūalis pulchritudo: pulchro autem oppo
niť turpe:oppoſita aūt maxime ſe iuicē māi
feſtāt. ⁊ iō ad tꝑantiā ſpāľr hōeſtas pertinē
videť:que id qđ ē hōi turpiſſimū ⁊ idecētiſ
ſimū repellit.ſ.brutales voluptates. vn̄ ⁊ ipo
noīe tꝑantie maxime ītelligiť bonū rōis c⁹
ē moderari ⁊ tꝑare concupiſcētias prauas.
Sic ğ honeſtas ꝓut ſpāli quadā rōne tꝑan
tie attribuiť poniť pars ei⁹:nō qdē ſubiecti
ua vel ſicut virtus adiūcta: ſed ꝑs integ̃lis
ipſi⁹ ſicut q̄dā eius ꝯditio. ¶ Ad pͥmū ğ dō
ꝙ tꝑantia poniť ꝑs ſubīta hōeſti ꝓut ſumi
tur in ſua cōitate. ſic aūt nō pōiť tꝑantie ꝑs
¶ Ad ſcđm dō ꝙ vinū ī ebrijs facit precor
dia honeſta ſm eoꝝ reputatōem. qꝛ videť
eis ꝙ ſint magni ⁊ honorandi. ¶ Ad tertiū
dō ꝙ iuſticie ⁊ fortitudini debeť maior ho-
nor ꝗ̄ tꝑantie ꝓpť maioris boni excellētiā
ſʒ tꝑantie debeť maior honor ꝓpť cohibitio
nē vitioꝝ magis exprobrabiliū vt ex dictꝭ pʒ
⁊ ſic honeſtas magis attribuiť tꝑantie ſʒ re
gulā apľi.i.ad Corꝭ.12°. ꝙ inhoneſta nr̄a ma
iorē habent honeſtatē.ſ. remouētē qđ īho
neſtū eſt.

## D Einde ꝯſide

randū ē de ꝑtib⁹ ſubiectiuiſ
tꝑantie. Et ꝑ̊ de his q̄ ſūt
circa delectatōes ciborum.
2° de his que ſť circa dele
ctatōes venereoꝝ. Circa pͥmū ꝯſiderādum
ē de abſtinētia que eſt circa cibos ⁊ potus.
⁊ de ſobrietate q̄ ē ſpāľr circa potū. ¶ Circa
abſtinētiā aūt ꝯſiderāda ſūt tria. ꝑ̊ de ipſa
abſtinētia. 2° de actu eius q eſt ieiuniū 3°
de oppoſito vitio qđ ē gula. Circa abſtinē
tiā aūt querūtur duo. ꝑ̊ vtꝝ abſtinentia ſit
virtus. 2° vtꝝ ſit virt⁹ ſpālis.

## Ad primuʒ ſic proce

diť. Videť ꝙ abſtinētia ň ſit virt⁹. Dicit.n.
apľs.i.ad Corꝭ.14°. Nō eſt regnū dei ī ſmo
ne ſed in ỽtute. in abſtinētia aūt nō cōſiſtit
regnū dei. Diť.n.apľs.i.ad Corꝭ.14°. Nō eſt
regnū dei eſca ⁊ pot⁹:vbi diť glo. nec ī abſti
nēdo nec ī mādu cādo eſſe iuſticiā. ğ abſti
nentia nō eſt virtus. ¶ P̄. Aug⁹ diť ī.10. cō
feſ. ad deū loquēs. Hoc me docuiſti:vt quē
admodū medicamēta ſic alimēta ſupturus
accedā. ſʒ medicamēta moderari nō ꝑtinet
ad ỽtutē ſʒ ad artē medicine. ğ pari rōe mo
derari alimēta qđ ꝑtinet ad abſtinētiā ň eſt
act⁹ ỽtutꝭ ſʒ artꝭ. ¶ P̄. Oīs ỽt⁹ ī medio con
ſiſtit vt hř ī 2° ethicoꝝ. abſtinētia āt nō vř in
medio ꝯſiſtē ſʒ ī defectu cū ex ſubtractione
noieť. ğ abſtinētia non ē ỽtus. ¶ P̄. Nulla
virt⁹ excludit aliā. ſʒ abſtinētia excludit pa
tiētiā:diť.n. Grego⁹ ī paſtorali ꝙ abſtinētiū
mētes plerūq; inpatiētia excutit a ſinu tran
qllitatꝭ. ibidē etiā diť ꝙ cogitatōes abſtinē
tiū nōnūꝗ̄ ſupbie culpa tranſfigit. ⁊ ita ex
cludit humilitatē. ğ abſtinētia non eſt virt⁹
¶ Sed ꝯ̄ ē qđ dř.2. Petri ꝑ̊. Miniſtrate in
fide vr̄a virtutē:in ỽtute aūt ſciam:in ſcia āt
abſtinētiā. vbi abſtinētia alijs virtutibus cō
numerať. ğ abſtinētia ē ỽtus. ¶ R° dō ꝙ
abſtinētia ex ſuo noīe īportat ſubtractōem

ciboꝝ.Dupl'r ḡ nomē abſtinētie accipi pōt·
Uno° ſm q̄ abſolute ciboꝝ ſubtractōem
deſignat.ꝛ hoc mō abſtinētia non deſignat
neq̄ v̄tutē neq̄ actū v̄tutis ſ; q̄dā indiffe
rēs.Alio° pōt accipi ſm q̄ ē rōe regulata ꝛ
tūc ſigt vel hītum v̄tutis vl' actū. ꝛ h̄ ſignifi
cat' in p̄miſſa auctoritate Petri:vbi dr̄ i.ſcia
abſtinētiā miniſtrādā vt.ſ.hō a cibiſ abſtine
at prout op; ꝑ ꝯgruētia hoīum cū quibus
viuit ꝛ perſone ſue ꝛ ꝑ valitudīs ſue neceſſi
tate. ¶ Ad p̄mū ḡ dō q̄ vſus ciboꝝ ꝛ eoꝝ ab
ſtinētia ſm ſe ꝯſiderata nō ptinēt ad regnū
dei.Dicit.n.apl's.i.ad Cor.8°.Eſca nos nō
ꝯmēdat deo:neq̄.n.ſi nō manducauerim⁹
deficiem⁹:neq̄ ſi manducabim⁹abūdabim⁹
ſ.ſpūal'r. vtrūq̄ āt hoꝝ ſm q̄ fit rōabilit' ex
fide ꝛ dilectōe dei:pertinet ad regnum' dei.
¶ Ad ſcōm dō q̄ moderatio ciboꝝ ſ; quā
titatē ꝛ q̄litatē ptinet ad artē medicine ī cō
paratōe ad valitudinē corporis:ſ; ſ; interi
ores affectōes ī cōparatōe ad bonū rōnis ꝑ
tinet ad abſtinētiā.Un̄ Aug⁹ dic̄ ī li° de .q.
euāgeliȷ. Nō īterē oino.ſ.ad v̄tutē qd̄ alim̄
toꝝ vel quātū q̄s accipiat:dūmō id faciat ꝑ
ꝯgruētia hoīu; cū quib⁹viuit ꝛ perſone ſue
ꝛ ꝑ valitudinis ſue neceſſitate. ſ; q̄ſta felici
tate ꝛ ſerenitate aī his valeat cū oportet vel
neceſſe ē carere.¶ Ad tertiū dō q̄ ad tpan
tiā ptinet refrenare d̄lectatōes q̄ nimis ani
mū ad ſe alliciūt:ſicut ad fortitudinē ptinet
firmare aīu; ꝯ̄ timores a bono rōnis repellē
tes.Et iō ſicut laus fortitudīs cōſiſtit ī quo
dā exceſſu.ꝛ de h̄ denoīant' oēs ptes fortitu
dinis:ita etiā laus tpantie ꝯſiſtit ī quodam
defectu ꝛ ex h̄ ipſa ꝛ oēs partes eius deno
minātur.vn̄ ꝛ abſtinētia q̄ ē ps tpantie de
nōinat' a defectu.ꝛ tn̄ ꝯſiſtit ī medio inq̄ntu;
ē ſm rōem rectā.¶ Ad quartu; dō q̄ illa
vitia ꝑueniūt ex abſtinētia ꝑut nō ē ſm ra
tōem rectā:rō.n.recta facit abſtinē ſic op;.ſ.
cū hilaritate mētis.ꝛ ppt̄ qd̄ oportet.ſ. ppt̄
gl'am dei:nō ꝑpter gl'am ſuam

## Ad ſecundu; ſic pro

cedit'.Uidet' q̄ abſtinentia nō ſit ſpālis vir
tus.Ois.n.virtus ſm ſeipſā ē laudabilis. ſ;
abſtinentia nō ē ſm ſe laudabilis: dicit .n.
Grego⁹ in paſtorali.q̄ virtus abſtinētie nō
niſi ex aliȷs virtutibus cōmēdatur. ḡ abſti
nētia nō ē ſpālis virtus. ¶ P̄.Aug⁹ dic̄ d̄ fi
de ad Petrū.q̄ abſtinētia ſcōꝝ ē a cibo ꝛ po
tu:nō q̄ aliq̄ creatura dei ſit mala ſ; ꝑ ſola
corporis caſtigatōe.h̄ āt pertinet ad caſtita
tē vt ex ipſo nōie apparet. ḡ abſtinētia non
ē virt⁹ ſpālis a caſtitate diſtincta. ¶ P̄.Sic
homo d; eē ꝯtent⁹ moderato cibo:ita ꝛ mo
derata veſte:ſm illud.i.ad Thimo.vlt. Ha
bētes alimēta ꝛ q̄bus tegamur:his contēti
ſimus.in moderatōe aūt veſtiū nō ē aliqua
ſpālis virtus.ḡ neq̄ abſtinētia que ē mode
ratiua alimētoꝝ. ¶ S; ꝯ̄ ē qd̄ Macrobius
ponit abſtinētiā ſpālē partē tpantie. ¶ R°
dicēdū q̄ ſicut ſ̄ dictū ē v̄tus moralis ꝯſer
uat bonū rōis ꝯ̄ īpetus paſſionū.ꝛ iō vbi in
uenit' ſpālis rō q̄ paſſio abſtrahit a bono ra
tionis:ibi neceſſe ē eē ſpālē v̄tutē. delectati
ones āt ciboꝝ nate ſūt abſtrahē hoīe; a bo
no rōnis:tū ꝑpter eaꝝ magnitudinē:tū etiā
ꝑpter neceſſitatē ciboꝝ q̄bus homo īdiget
ad vite ꝯſeruatōem quā maxie hō deſidēat
ꝛ iō abſtinētia ē ſpālis v̄t⁹. ¶ Ad p̄mū ḡ dō
q̄ v̄tutes oportet eē ꝯnexas vt ſ̄ dictū ē. ꝛ
iō vna virt⁹ adiuuat' ꝛ cōmēdat' ex alia ſicut
iuſticia ex fortitudīe ꝛ ꝑ hūc etiā modū vir
tus abſtinentie cōmēdatur ex aliȷs v̄tutib⁹
¶ Ad ſecūdū dō q̄ ꝑ abſtinētiā corpus ca
ſtigatur nō ſolū ꝯ̄ illecebrā luxurie:ſ; etiam
ꝯ̄ illecebras gule: q̄ dū hō abſtinet : magis
reddit' fort' ad īpugnatōes gule vīcēdas:q̄
tanto fortiores ſūt quanto magis hō eis ce
dit.ꝛ tn̄ nō ꝑhibet' ꝑ hoc abſtinētiā eē ſpālē
v̄tutē q̄ ad caſtitatē valet:q̄ vna virtus ad
aliā valet.¶ Ad tertiū dicendu; q̄ vſus ve
ſtimētoꝝ ē ītroduct⁹ ab arte:vſus āt ciboꝝ
a nā.ꝛ iō magis debet eſſe virtus ſpālis cir
ca moderatōem ciboꝝ q̄ circa moderatio
nem veſtimentoꝝ.

## Deinde ꝯſide

randu; eſt de ieiunio.¶ Et
circa h̄ q̄rūtur octo p̄° vtrū
ieiuniū ſit actus v̄tut'. 2°
cui⁹ v̄tutis ſit act⁹. 3° vtrū
cadat ſub p̄cepto. 4° vtrū aliq̄ excuſentur
ab obſuatione h⁹ p̄cepti. 5° de tpe ieiuniȷ.
¶ 6° vtrū ſel comedē requirat' ad ieiuniū. 7°
de hora comeſtionis ieiunātium : 8° de ci
bis a q̄bus debent abſtinere

## Ad primum ſic pro

cedit'.Ur q̄ ieiunium non ſit actus v̄tutis.
Ois eni act⁹ v̄tutis deo ē accept⁹.ſ; ieiuniū

non ſemper ē deo acceptū: ſʒ illud Yſa. 58°.
Quare ieiunauimꝰ et nō aſpexiſti. g̃ ieiuniū
nō ē actus ṽtutis. ¶ P̶. Nullus actus ṽtutꝭ
recedit a medio virtutis. ſʒ ieiuniū recedit
a medio ṽtutis quod quidē ĩ ṽtute abſtinē
tie accipit̃ ſm̄ h̄ vt ſubueniat̃ neceſſitati nãe
cui p ieiuniū aliqd ſubtrahit̃: aliogn nō ieiu
nãtes nō hērēt ṽtutē abſtinētie. g̃ ieiuniuʒ
nō ē actus ṽtutis. ¶ P̶. Id qđ cōiter oībus
ꝯuenit et bonis et malis nō ē actꝰ ṽtutꝭ. ſed
ieiuniū ē huiuſmōi: qlibʒ. n. anteq̄ʒ comedat
ieiunꝰ ē. g̃ ieiuniū ē actꝰ ṽtutis. ¶ Sʒ cōtra
ē qđ ꝯnumerat̃ alijs virtutū actibus. 2. ad
Corꝭ. 6°. vbi aplꝯ dicit. In ieiunijs multis: in
ſcia: in caſtitate. ⁊c̃. ¶ R̶° dđ ꝙ ex h̄ aliquis
actꝰ ē ṽtuoſus ꝙ p rōnē ordiat̃ ad aliqđ bo
nū honeſtū. h̄ āt ꝯuenit ieiunio. Aſſumit̃. n.
ieiuniū ꝑncipalr̃ ad tria. ꝑ° qdē ad ꝯcupiſcē
tias carnis repmēdas. Uñ aplꝯ dic̃ in aucto
ritate iducta: in ieiunijs: in caſtitate: qꝛ p ie
iunia caſtitas ꝯſeruat̃. vt. n. Jero. dic̃: ſine ce
rere ⁊ bacho friget venꝰ. i. per abſtinētiã ci-
bi et potꝰ tepeſcit luxuria. 2° aſſumit̃ ad h̄
ꝙ mens liberiꝰ eleuet̃ ad ſublimia ꝯtēplan
da. Uñ dr̃ Danielꝭ. 10. ꝙ pꝰ ieiuniū triū ebdo
madaꝝ reuelatōem accepit a deo. 3° ad ſa
tiſfaciēdū ꝓ pctis. Uñ dr̃ Johelꝭ 2°. Conuer
timini ad me in toto corde vr̃o: in ieiunio ⁊
fletu et plãctu. et h̄ ē qđ Augꝰ dic̃ in q̄dam
ſmone de orōne et ieiunio. Jeiuniū purgat
aīam: mētē ſubleuat: ꝓpriã carnã ſpūi ſubij
cit: cor facit ꝯtritū et humiliatū: ꝯcupiſcētie
nebulas diſpgit: libidinū ardores extiguit:
caſtitatis ṽo lumē accēdit: vñ pʒ ꝙ ieiuniuʒ
ē actus ṽtutꝭ. ¶ Ad pmū g̃ dicendū ꝙ ꝯtin
git ꝙ aliqs actꝰ q ex genē ſuo eſt virtuoſus:
ex aliqbus circūſtãtijs adiunctis reddit̃ vi
tioſus. vñ ibidē dr̃. Ecce in diebꝰ ieiunij vr̃i
inuenit̃ volũtas vr̃a. Et paulo poſt ſubdit̃.
ad lites et ꝯtētōes ieiunatꝭ: et pcutitꝭ pugno
ĩpie. qđ expōnēs Gregoꝰ ĩ paſtorali dic̃. Uo
lũtas ad letitiã ptinet: pugnꝰ ad irã. Incaſ
ſū g̃ p abſtinētiã corpꝰ atterit̃: ſi inordinatis
motibꝰ dimiſſa mēs vitijs diſſipat̃. Et Au
gꝰ ĩ pdicto ſermōe dic̃ ꝙ ieiuniū verboſita-
tē ñ amat: diuitias ſupfluitatē iudicat: ſup
biã ſpernit: humilitatē cōmendat: pſtat hōi
ſeipſū ĩtelligē: qđ ē infirmū et fragile ¶ Ad
ſecūduʒ dđ ꝙ mediū ṽtutis non accipit̃ ſʒ
q̄ʒtitatē: ſʒ ſm̄ rōem rectã: vt dr̃ ĩ 2° ethicoꝝ.
rō aũt iudicat ꝙ ꝓpter aliquã ſpālē cāʒ ali

qs hō minꝰ ſumat de cibo q̄ʒ ſibi ꝯpetēt ſm̄
ſtatū cōem: ſicut ꝓpt̃ ĩfirmitatē vitandã aut
ad aliq̄ opa corpalia expeditiꝰ agēda. et mul
to magis rō recta h̄ ordinat ad ſpūalia mala
vitãda et bona ꝓſeq̄nda. nō tñ rō recta tãtū
de cibo ſubtrahit vt nã ꝯſeruari nō poſſit. qꝛ
vt Jero. dic̃. Nō differt vtꝝ magno vl̃ puo
tpe te interimas. qꝛ de rapina holocauſtū of-
fert: q vel ciboꝝ nimia egeſtate: vel mãducã
di vel ſōni penuria ĩmoderate corpꝰ affligit
Silr̃ etiã rō recta nō tãtū de cibo ſubtrahit
vt hō reddat̃ impotēs ad debita opa pagē
da. Uñ dic̃ Jero. ꝙ rōalis hō dignitatē amit
tit q ieiuniū caritati vl̃ vigilias ſenſus ĩtegri
tati pfert. ¶ Ad t̃tiū dđ ꝙ ieiuniū nãe quo
qs dr̃ ieiunꝰ añq̄ʒ comedat cōſiſtit ĩ pura ne
gatōe: vñ nō pōt poni actꝰ ṽtutis. ſʒ ſolū illđ
ieiuniū q̄ qs ex rōabili ꝓpoſito a cibis aliq̄li
ter abſtinet. Uñ pmū dr̃ ieiuniū ieiunꝭ: ſcđʒ
ṽo ieiuniuʒ ieiunãtis quaſi ex ꝓpoſito aliqd
agentis.

## Ad ſecunduʒ ſic pro

cedit̃. Uidet̃ ꝙ ieiuniū nō ſit actꝰ abſtinētie
Quia ſup illud Math. 17°. hoc genꝰ demōi
orum. ⁊c̃. dicit Jeroꝰ. Jeiunium eſt non ſo
lū ab eſcis: ſʒ a cūctis illecebris abſtinētia. ſʒ
h̄ ptinet ad oēm virtutē. g̃ ieiuniū ñ ē actus
ſpālr̃ abſtinētie. ¶ P̶. Gregꝰ dic̃ in omelia q̄
dragesime ꝙ ieiuniū q̄dragesimale ē decia
totiꝰ ãni. ſʒ dare decias ē actꝰ religiōis vt ſ
hitū eſt. g̃ ieiuniū eſt actus religiōis et non
abſtinētie. ¶ P̶. Abſtinētia ē pars tēperan
tie vt dictū ē. tpantia āt ꝯ fortitudinē diuidi
tur: ad quã ptinet moleſtias ſuſtinē: qđ ma
xie vr̃ eē ĩ ieiunio. g̃ ieiuniū ñ ē actꝰ abſtinē
tie ¶ Sʒ ꝯ ē qđ Iſidoꝰ dic̃ ꝙ ieiuniū ē pſimo
nia victꝰ abſtinētiaq̄ʒ ciboꝝ. ¶ R̶° dđ ꝙ ea
dē ē mat̃ia hītꝰ ⁊ actꝰ. vñ oīs actꝰ virtuoſus
q ē circa aliquã materiã. ad illã virtutē per
tinet que mediū in illa materia conſtituit.
ieiunium autē attenditur in cibis in qbus
mediū adinuenit abſtinētia: vñ manifeſtū ē
ꝙ ieiuniū ē abſtinētie actus. ¶ Ad pmū g̃
dđ ꝙ ieiuniū ꝓprie dictū cōſiſtit in abſtinē
do a cibis: ſʒ methaphorice dictū ꝯſiſtit ĩ ab
ſtinēdo a qbuſlibet nociuis q̄ maxime ſunt
pctã. Uł pōt dici ꝙ etiã ieiuniū ꝓprie dictū
ē abſtinētia ab oībꝰ illecebris: qꝛ p q̄libʒ vitia
adiūcta deſinit eē actꝰ ṽtuoſus vt dictū eſt.
¶ Ad ſecūdū dicendū ꝙ nihil ꝓhibet actū

vnius virtutis ꝑtinere ad aliā ↄ̄tutē ſ꞉ ꝙ ad
eius finē ordinat̄ :vt ex ſ̄ dictꝭ pꝫ. ⁊ ſm̄ h̄ ni
hil ꝓhibet ieiuniū ꝑtinere ad religionē vel
ad caſtitatē vl̄ ad quācūqꝫ aliā ↄ̄tutē ¶ Ad
tertiū dō ꝙ ad fortitudinē ſm̄ ꝙ eſt ſpālis
virtus nō ꝑtinet ꝑferre q̄ſcūqꝫ moleſtias :
ſed ſolū illas q̄ ſt̄ circa ꝑicula mortis . ſuffer
re autem moleſtias q̄ ſūt ex defectu delecta
biliū tactꝰ ꝑtinet ad tēꝑantiā ⁊ ad partes eiꝰ.
⁊ tales ſūt moleſtie ieiuniȷ.

## Ad tertium ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ ieiuniū nō ſit ī ꝑcepto. Pre
cepta.n.nō dātur de opibꝰ ſupererogatōis
q̄ cadūt ſub ↄſilio. ſꝫ ieiuniū ē opus ſupero
gatōis:alioqn vbiqꝫ ⁊ ſemꝑ equalit̄ eēt obſ̄
uādū. ḡ ieiuniū non cadit ſub ꝑcepto. ¶ P̄.
Quicūqꝫ trāſgredit̄ ꝑceptū peccat mortalr̄
ſi ḡ ieiuniū eēt ī ꝑcepto:oēs nō ieiunantes
mortalr̄ peccarēt: ꝑ qđ̄ videt̄ magnꝰ lapſus
hoībus eē iniectus. ¶ P̄. Augꝰ dicit̄ i liº d̄ ve
ra religiōe:ꝙ ab ipſa dei ſapiētia hoīe aſſū
pto a quo ī libtatē vocati ſumꝰ pauca ſacra
mēta ſaluberrima ↄſtituta ſūt.q̄ ſocietatē xp̄i
ani ppl̄i h̄ ē ſub vno deo libere multitudis
cōtinerēt.ſed nō minꝰ vr̄ libtas ꝓpl̄i xp̄iani
īpediri ꝑ multitudinē obſuātiaꝝ q̄ꝫ ꝑ multi
tudinē ſacroꝝ. Dicit.n. Augꝰ in liº ad inq̄ſiti
ones Januariȷ.ꝙ qdā ipam religionē nr̄aꝫ
quā manifeſtiſſimis ⁊ pauciſſimis celebra
tōum ſacris dei miſericordia voluit eē liberā
ſeruilibꝰ p̄mūt oneribꝰ. ḡ vr̄ ꝙ nō debuit ꝑ
eccl̄iam ieiuniū ſub ꝑcepto inſtitui. ¶ Sed
ↄ̄ ē qđ Jeroꝰ ad Lucinū dicit̄:de ieiuniȷs lo
quēs . Vna queqꝫ ꝓuicia abūdet i ſuo ſēſu
⁊ ꝑcepta maioꝝ leges ap̄l̄icas arbitret̄ . ḡ ie
iuniū eſt ī ꝑcepto. ¶ Rº dicēdū ꝙ ſicut ad
ſeculares p̄ncipes ꝑtinet ꝑcepta legalia iurꝭ
nālis determinatiua tradere de his que ꝑti
nēt ad vtilitatē cōem ī tꝑalibꝰ rebꝰ:ita etiaꝫ
ad p̄latos eccl̄iaſticos ꝑtinet ea ſtatutꝭ p̄re
cipere q̄ ad vtilitē cōem fideliū ꝑtinēt ī ſpi
ritualibꝰ bonis. Dictū eſt āt ꝙ ieiuniū vtile
ē ⁊ ad deletōem ⁊ ad cohibitōem culpe ⁊ ad
eleuatōem mētis ī ſpūalia. Vnuſq̄ſqꝫ aūt ex
nāli rōne tenet̄ tātū in ieiuniȷs vti quantū ſi
bi neceſſariū ē ad ꝑdicta. ⁊ iō ieiuniū in cōi
cadit ſub ꝑcepto legis nāe. ſꝫ determinatio tē
poris ⁊ mōi ieiunādi ſm̄ ↄueniētiā ⁊ vtili
tatem ppl̄i xp̄iani cadit ſub ꝑcepto iuris po
ſitiui qđ ē a p̄latꝭ eccl̄e inſtitutū. ⁊ hoc eſt ie

iuniū eccl̄e:aliud ↄ̄o ē nāe. ¶ Ad p̄mū ḡ dō
ꝙ ieiuniū ſm̄ ſe ↄſideratū nō nomīat aliqd
eligibile:ſꝫ penale qđdā. reddit̄ aūt eligibile
ſm̄ ꝙ ē vtile ad finē aliquē. ⁊ iō abſolute cō
ſideratum non eſt de neceſſitate precepti :
ſꝫ ē de neceſſitate precepti vnicuiqꝫ tali re
medio indigenti. Et quia multitudo hoīum
vt plurimū īdiget tali r̄medio. tū q̄ꝛ ī mltꝭ oēſ̄
offendimꝰ:vt dr̄ Jaco.3º. tū etiā q̄ꝛ caro cō
cupiſcit aduerſus ſpm̄:vt dr̄ ad Gal̄.5º. con
ueniēs fuit vt eccl̄ia aliq̄ ieiunia ſtatuēt ab
oībꝰ cōit̄ obſeruāda. n̄ q̄ſi ꝑcepto ſubȷciens
id qđ ſimplr̄ ad ſuperogatōem ꝑtinet:ſꝫ q̄ſi ī
ſpāli determinās id qđ ē neceſſarium in cōi.
Ad ſcđm dō ꝙ ꝑcepta q̄ ꝑ modū cōis ſta
tuti ꝓponūt̄: nō eodē mō obligāt oēs. ſꝫ ſ꞉
ꝙ requirūt̄ ad finē quē legiſlator intendit.
cuiꝰ auctoritatē ſi aliqs trāſgrediēdo ſtatu
tū ↄtēnat. vl̄ h̄ mō trāſgrediat̄ ꝙ īpediat̄ fi
nis quē ītēdit:peccat mortalr̄ talis trāſgreſ
ſor. ſi aūt ex aliq̄ rōabili cā qs ſtatutū n̄ ſer
uet:ꝑcipue ī caſu in q̄ etiā ſi legiſlator adeēt
nō decernēt eē ſeruādū. tal̄ trāſgreſſio non
ↄſtituit pctm̄ mortale. ⁊ inde ē ꝙ nō oēs q̄ n̄
ſeruāt ieiunia eccl̄ie peccāt mortalr̄. ¶ Ad
tertiū dō ꝙ Augꝰ ibi loq̄t̄ de his que neqꝫ
ſcāꝝ ſcripturaꝝ auctoritatibꝰ ↄtinētur: nec
ī ↄciliȷs epiſcopoꝝ ſtatuta inueniūt̄. nec cō
ſuetudine vniuerſalis eccl̄ie roborata ſunt.
Jeiunia ↄ̄o q̄ ſūt in ꝑcepto ſūt ī ↄciliȷs epoꝝ
ſtatuta ⁊ ↄſuetudine vniuerſalis eccl̄ie robo
rata:nec ſūt ↄ̄ libtatē populi fidelis: ſꝫ magꝭ
ſūt vtilia ad īpediēdū ſeruitutē pcti q̄ repu
gnat libtati ſpūali. d̄ qua dr̄ ad Gal̄.5º. Vos
.n. frēs in libertatē vocati eſtis: tm̄ ne libta
tē detis in occaſionē carnis.

## Ad quartū ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ oēs ad ieiunia eccl̄ie teneātur
Precepta.n. eccl̄ie obligāt ſic̄ dei ꝑcepta:ſ꞉
illud Luc.10. Qui vos audit:me audit. ſꝫ ad
precepta dei ſeruāda oēs tenēt̄. ḡ ſilr̄ oēs te
nēt̄ ad ſeruāda ieiunia q̄ ſūt ab eccl̄ia inſti
tuta. ¶ P̄. Maxie videnť excuſari pueri a
ieiunio ꝓpter etatē. ſed pueri non excuſāt̄:
dr̄.n. Johel.2º. ſc̄ificate ieiūiū: ⁊ poſtea ſeq̄t̄
congregate paruulos ⁊ ſugentes vbera. ḡ
multo magꝭ oēs aliȷ ad ieiunia tenēt̄. ¶ P̄.
Spūalia ſūt tēporalibꝰ ꝑferēda. ⁊ neccīa nō
neceſſariȷs. ſed opa corꝑalia ordināt̄ ad lu
crū tꝑale. ꝑegriatio.n. ⁊ ſi ad ſpūalia ordiet̄

nõ ē neceſſitatꝰ.cū ģ ieiuniū ordieť ad ſpūa
lē vtilitatē.ꝛ neceſſitatē hēat ex ſtatuto ec
cleſie.vr̄ ꝙ nõ ſint ieiunia eccl'ie ꝑtermittē
da propť ꝑegrinatõem vl'propť corꝑalia ope
ra. ¶ ꝑ. Magis ē aliqd faciēdū ex propria
volūtate q̃ꝫ ex neceſſitate. vt pꝫ ꝑ apl'm .2.
ad Cor'l 9°. ſed pauperes ſolēt ex neceſſitate
ieiunare propť defectū alimtoꝝ.ģ mľto ma
gis debēt ex propͣa volūtate ieiunare. ¶ Sꝫ
ꝯ vr̄ ꝙ nullus iuſtꝰ teneať ieiunare: ꝑcepta
.n.eccl'e nõ obligāt ꝯ doctrinā xp̄i.ſꝫ dn̄s di
xit Luc.5°.ꝙ nõ pñt filij ſpõſi ieiunare q̃ꝫdiu
cū ipſis ē ſpõſus:eſt āt cū oībꝰ iuſtis ſpūal'r
eos inhitans. Vñ dn̄s dič Math.vlt.Ecce
ego vobiſcū ſuꝫ vſq̄ꝫ ad ꝯſūmatõeꝫ ſeculi. ģ
iuſti ex ſtatuto eccl'ie nõ obligāť ad ieiunā
dū. ¶ Rꝰ dō ꝙ ſič ꝯ dictū eſt:ſtatuta cõia ꝑ
ponūť ſm ꝙ multitudini ꝯueniūt.ꝛ iõ legiſ
lator i eis ſtatuēdis attēdit id qȯ cõiter hēť
ꝛ in pl'ibꝰ accidit.Si qd aūt ex ſpāli cā i ali
quo īueniať qȯ obſeruātie ſtatuti repugnet
nõ ītēdit talē legiſlator ad ſtatuti obſeruan
tiā obligare.In q̇ tñ ē diſcretio adhibēda.
Nā ſi cā ſit euidēs:ꝑ ſeipſū licite pȯt homo
ſtatuti obſeruātiā ꝑterire:ꝑſertim ꝯſuetudi
ne interueniēte:vel ſi non poſſet de facili re
curſus ad ſuꝑiorem hēri.Si vͦ cā ſit dubia
dꝫ aliqs ad ſuꝑiorē recurrē q hꝫ ꝑtātē in tali
bus diſpēſandi.ꝛ h̄ eſt obſuādū in ieiunijs
ab eccl'ia inſtitutis ad que oēs cõiter obligā
tur niſi i eis fuerit aliqȯ ſpāle īpedimētum.
¶ Ad ꝑmū ģ dicēdū ꝙ ꝑcepta dei ſť ꝑcepta
iuris nālis q̄ ſm ſe ſūt de neceſſitate ſalutis
ſꝫ ſtatuta eccl'e ſūt de his q̄ nõ ꝑ ſe ſūt de ne
ceſſitate ſalutis:ſed ſolū ex inſtitutõe eccl'ie
ꝛ iõ pñt eē aliq̄ īpedimēta propť q̄ aliq ad
obſuāda ieiunia hꝰmõi ñ teneť. ¶ Ad ſecū
dū dicēduꝫ ꝙ i pueris maxie ē euidēs cā ñ
ieiunādi.tū propť dbilitatē nāe:ex q̇ proue
nit ꝙ idigēt freqnti cibo:ꝛ nõ multo ſil'aſſū
pto.tū etiā qꝛ idigēt multo nutrimto propť
ncc'itatē augmēti:qȯ fit de reſiduo alimen
ti.ꝛ iõ q̃ꝫdiu ſunt i ſtatu augmēti.qȯ ē vt in
pluribꝰ vſq̄ꝫ ad finē tertij ſeptēnij:non tenē
tur ad eccl'iaſtica ieiunia obſuanda.ꝯueni
ens tñ ē vt etiā in h̄ tp̄e ſe ad ieiunādū exer
ceāt plus vel minꝰ ſm modū ſue etatis. qñꝫ
tñ magna tribulatõe īminēte i ſignū penitē
tie artioris etiā pueris ieiunia īdicunť ſicut
etiā de iumētis legiť Jone 3°. Hoīes ꝛ iumē
ta nõ guſtēt quicq̄ꝫ nec aquā bibant. ¶ Ad
tertiū dicēdū ꝙ circa peregrinos ꝛ oꝑarios
diſtīguēdū vr̄:qꝛ ſi ꝑegrinatio ꝛ oꝑis labor
ꝯmode differri poſſit aut diminui abſq̄ꝫ de
trimēto corꝑalis ſalutis ꝛ exterioris ſtatus
q reqriť ad ꝯſeruatõem corꝑalis vel ſpūalis
vite:nõ ſūt propť h̄ eccl'ie ieiunia ꝑtermittē
da.ſi āt īmineat ncc'itas ſtatim ꝑegrinādi ꝛ
magnas dietas faciēdi vel etiā multū labo
rādi vl' ꝑpť ꝯſeruatõeꝫ vite corꝑalis:vl' pro
pter aliqȯ neceſſariū ad vitā ſpūalē.ꝛ ſimul
cū h̄ ñ pñt eccleſie ieiunia obſuari: ñ obliga
tur hõ ad ieiunādū:qꝛ nõ vr̄ fuiſſe ītētio ec
cleſie ſtatuētis ieiunia:vt ꝑ h̄ īpediret alias
pias ꝛ magis neceſſarias cās.vr̄ tñ i talibus
rcurrēdū eē ad ſuꝑioris diſpēſatõeꝫ:niſi for
te vbi ē ita ꝯſuetū:qꝛ ex h̄ ipſo ꝙ ꝑlati diſſi
mulāt videť annuē. ¶ Ad q̄rtū dicendū ꝙ
pauperes q pñt ſufficiēter hr̄e qȯ eis ſuffici
at ad vnā comeſtionē ñ excuſāť propť pauꝑ
tatē a ieiunijs eccleſie:a qbꝰ tñ excuſari vi
deť illi q fruſtati elemoſynas mēdicāt q nõ
pñt ſimul hr̄e qȯ eis ad victū ſufficiat. ¶ Ad
qntū dicēdū ꝙ illud v̄bū dn̄i tripliciť poteſt
exponi.Vnoͦ ſm Criſo.q dič ꝙ diſcipuli q
filij ſpõſi dicūť ad h̄ ībecillꝰ diſpoſiti erant:
vñ veſtimēto veti ꝯparāť.ꝛ iõ i pñtia corꝑa
li xp̄i erāt magis fouēdi i q̄dā dulcedie q̃ꝫ in
auſteritate ieiunij exercendi. ꝛ ſm h̄ magis
ꝯuenit vt cū īperfectis ꝛ nouitijs ī ieiunijs
diſpenſeť:q̃ꝫ cū antiqoribꝰ et ꝑfectis vt pꝫ in
glo.ſuꝑ illud ꝑs. Sič ablactatꝰ ſuꝑ mr̄e ſua.
Alioͦ pȯt dici ſm Jero. ꝙ dn̄s ibi loqť de
ieiūio veteꝝ obſuātiaꝝ.vñ ꝑ h̄ ſignificat dn̄s
ꝙ apl'i nõ erāt in veteribꝰ obſeruātijs deti
nēdi q̄s oportebat gr̄e nouitate ꝑfūdi. 3°mõ
ſm Aug. qui diſtinguit duplex ieiunium:
q̄ꝝ vnū ꝑtinet ad hūilitatē tribulatõis. et h̄
hoc mõ nõ cõpetit viris ꝑfectis qui dicunť
filij ſpõſi.Vnde vbi Lucas dicit:ñ pñt filij
ſponſi ieiunare:dicit Math.ꝙ nõ lugeāt fi
lij ſponſi.Aliud āt qȯ ꝑtinet ad gaudiū mē
tis in ſpūalia ſuſpenſe.et tale ieiunium con
uenit perfectis.

## Ad quintuꝫ ſic proce

ditur.Videť ꝙ īcõueniēter determineť tp̄a
ieiunij eccl'ie.Xp̄s.n.legiť Math.3°. ſtatiꝫ
pꝰ baptiſmū ieiuniū īchoaſſe.ſꝫ nos xp̄m imi
tare debemꝰ ſm illud .i. ad Cor'l.4°. Imita
tores mei eſtote ſič et ego xp̄i.ģ et nos debe
mus ieiuniū ꝑagē ſtatī pꝰ epiphaniā in qua

baptiſm⁹ xp̄i celebraẜ. ¶ ℞. Cerimonialia veteris legis nõ licet ĩ noua lege obſeruare. ſʒ ieiunia in q̄buſdã determinatis mẽſibus p̲tinẽt ad ſolẽnitates veter̄ leḡ: dr̄.n. Zach. 8º. Ieiuniũ quarti ⁊ ieiuniũ q̄nti ⁊ ieiunium ſeptimi ⁊ ieiuniũ decimi erit domui iude in gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ in ſolẽnitates p̄clararas. ḡ ieiuniũ ſpecialiũ menſiũ que dicuẜ q̄tuoꝛ tẽ poꝝ ĩ eccl̄ia icõuenĩẽt obſ̄uaẜ. ¶ ℞. Scd̄ʒ Augu̅.in li⁰ de ɔſenſu euãgeliſtaꝝ: ſicut ẽ ieiuniũ aff lictõis: ita ẽ ieiuniũ exultatõis. ſed maxime exultatio ſp̄ualis iminet fidelibus ex xp̄i reſurrectõe. ḡ in tp̄e q̄nq̄geſime ĩ quo eccl̄a ſolẽniçat p̲pter dñicã reſurrectõem ĩ dieb⁹ dñicalib⁹ ĩ quib⁹ memoria reſurrectionis agiẜ: debẽt aliqua ieiunia ĩdici. ¶ Sʒ ɔ̄ ẽ cõis eccl̄e ɔſuetudo. ¶ R⁰ dd̄ ꝙ ſicut ſ̄ dictũ ẽ: ieiuniũ ad duo ordinaẜ. ſ. ad deletõem culpe ⁊ eleuatõem mẽtis ĩ ſuperna. ⁊ ideo illis tp̄ibus ſp̄aliẜ fuerũt ieiunia indicẽda ĩ q̄bus opoꝛtebat hoĩes a pc̄tõ purgari ⁊ mẽtẽ fideliũ eleuari in deũ p̲ deuotõem: que q̄dẽ p̄cipue ĩminẽt ante paſcalẽ ſolẽnitatẽ: in q̄ ⁊ culpe p̲ baptiſmũ relaxãtur q̲ ſolẽniter in vigilia paſce celebraẜ q̄n recoliẜ dñica ſepultura. q꞉ p̲ baptiſmũ ɔſepelimur xp̄o ĩ moꝛtẽ vt dr̄ ad Ro.6º. In feſto etiaʒ paſce opoꝛtet maxĩe mẽtẽ hoĩs p̲ deuotõem eleuari ad ẽt nitat̄ gl̄aʒ quã xp̄s reſurgẽdo ĩchoauit: ⁊ id̄ ĩmediate añ ſolẽnitatẽ paſcalẽ eccl̄a ſtatuit ẽẽ ieiunãdũ. ⁊ eadẽ rõne in vigilijs p̄cipuaꝝ feſtiuitatũ in q̄b⁹ p̄parari nos opoꝛtet ad feſta futura deuote celebrãda. Sil̄r etiã ɔſuetudo eccl̄aſtica hẽt vt in ſingulis q̄rtis ãni ſacri oꝛdines ɔ̄ferãtur. in cui⁹ ſignũ dñs q̄tuoꝛ milia hoĩuʒ de ſeptẽ panib⁹ ſatiauit: p̲ quoſ ſignificãẜ ãni noui teſtamẽti vt Jero⁹ diẜ ibidẽ. ad q̄ꝝ ſuſceptõeʒ opoꝛʒ p̲ ieiuniuʒ p̄parari ⁊ eos qui oꝛdinãt ⁊ eos qui oꝛdinãdi ſũt ⁊ etiã totũ ppl̄m p̲ cui⁹ vtilitate oꝛdinãtur. Vñ ⁊ legiẜ Luc.6º. ꝙ dñs añ diſcipuloꝝ electõem exiuit in mõtẽ oꝛare. qd̄ exponẽs Amb⁰ diẜ. Quid te facẽ ɔuenit cum vis aliqd̄ officiũ pietatis adoꝛiri: q̄n xp̄s miſſurus apl̄os p̄us oꝛauit. Ratio ãt nũeri q̄tũ ad q̄drageſimale ieiuniũ ẽ triplex ſ̄m Gregl̄ p̄ q̄dẽ q꞉ vt⁹ decalogi p̲ libꝛos q̄tuoꝛ ſcī euãgelij ĩpleẜ. denari⁹ ãt q̄taẜ duct⁹: in q̄dragenariũ ſurgit. Vel q꞉ ĩ h̄ moꝛtali coꝛp̄e ex q̄tuoꝛ elemẽtis ſubſiſtim⁹. p̲ cuius volũtatẽ p̄ceptis dñicis ɔ̄im⁹ q̄ p̲ decaloguʒ ſunt accepta. vñ dignũ ẽ vt eãdẽ carnẽ q̄terdecies affliiam⁹. Vel q꞉ ita offerre ɔtẽdim⁹ deo decimas dieꝝ. Dũ.n.p̲ trecẽtos ⁊ ſexaginta dies ãnus duciẜ. nos ãt p̲ trigita ſex dies aff ligimur: q̄ ſũt ieiunabiles ĩ ſex ſeptimãis q̄drageſime: q̄ſi ãni nr̄i decias dño dam⁹. Scd̄m Augu̅. addiẜ q̄rta rõ. Nã creatoꝛ ẽ trinitas pr̄ ⁊ filius ⁊ ſp̄us ſcũs. creature vero ĩuiſibili debeẜ ternari⁹ numer⁹: diligere.n. iubemur deũ ex toto coꝛde ⁊ ex tota aĩa ⁊ ex tota mẽte. creature vero viſibili debeẜ q̄ternari⁹ p̲pter calidũ ⁊ frigidũ. humidũ ⁊ ſiccũ. ſic ḡ p̲ denariũ ſignificaẜ oẽs res. q̄ ſi ducaẜ p̲ q̄ternariũ qd̄ cõpetit coꝛpoꝛi p̲ qd̄ admĩſtratio geriẜ q̄drageſimũ numeꝝ ɔ̄ficit. ſingula v̄o ieiunia q̄tuoꝛ tp̄m trib⁹ dieb⁹ ɔtinẽẜ p̲pter numeꝝ mẽſiũ q̲ cõpetit cuilibʒ tp̄i: vl̄ p̲pter numeꝝ ſacroꝝ oꝛdinũ q̲ ĩ his tp̄ib⁹ ɔ̄ferũtur.

¶ Ad p̄mũ ḡ dd̄ ꝙ xp̄s baptiſmo nõ ĩdiguit p̲pter ſeip̄m: ſʒ vt nob̄ baptiſmũ cõmẽdaret et id̄ ſibi nõ cõpetebat vt añ baptiſmũ ſuũ ieiunaret: ſʒ poſt baptiſmũ vt nos ĩuitaret ad ieiunãdũ añ nr̄m baptiſmũ. ¶ Ad ſecũduʒ dd̄ ꝙ eccl̄ia ñ ſeruat ieiunia q̄tuoꝛ tp̄m nec oĩno eiſdẽ tp̄ib⁹ q̄bus iudei: nec etiã p̲pter cãs eaſdẽ. Illi.n. ieiunabãt ĩ iulio q̲ ẽ q̄rtus mẽſis ab apl̄i quẽ p̄mũ habẽt: q꞉ tũc Moyſes deſcẽdẽs de mõte ſynai tabulas legis cõfregit. et iuxta Iheremiã muri p̄mũ ſ̄t rupti ciuitat̄. In q̄nto ãt mẽſe q̲ apud nos vocatur auguſt⁹ cũ p̲pter exploꝛatoꝛes ſeditio eſſet oꝛta ĩ ppl̄o: iuſſi ſũt ĩ mõtẽ nõ aſcẽdere. et in h̄ mẽſe a Nabuchodonoſoꝛ ex poſt et a Tito tẽplũ hieroſolymis ẽ incẽſuʒ. ĩ ſeptio v̄o q̲ appellaẜ october Godolias occiſus ẽ: et reliq̄e ppl̄i diſſipate. In decimo v̄o menſe q̲ apd̄ nos ianuari⁹ dr̄: ppl̄s cũ Ezechiele ĩ captiuitate poſit⁹ audiuit tẽplũ ẽẽ ſubuerſũ. ¶ Ad tertiũ dd̄ ꝙ ieiuniũ exultatõis ex ĩſtinctu ſp̄us ſcī p̲cedit. q̲ ẽ ſp̄us libtat̄. et id̄ h̄ ieiuniũ ſub p̄cepto cadẽ ñ dʒ. Ieiunia ḡ q̄ p̄cepto eccl̄ie ĩſtituuẜ ſũt maḡ ieiunia afflictõiſ q̄ nõ ɔueniũt ĩ dieb⁹ leticie: p̲pẜ quod nõ eſt ieiuniũ ab eccl̄a ĩſtitutũ ĩ toto paſcali tp̄e: nec etiã ĩ dieb⁹ dñicis: ĩ q̄b⁹ ſi q̄s ieiunaret ɔ̄ ɔſuetudinẽ ppl̄i xp̄iani: q̄ vt Aug⁹ dicit ẽ p̲ lege habẽda. vl̄ etiã ex aliq̄ erroꝛe. ſicꝰ Manichei ieiunãt q̄i neceſſariũ tale ieiuniũ arbitrãtes: nõ eſſet a peccato ĩmunis q̄uis ip̄m ieiuniũ ſ̄m ſe ɔ̄ſideratũ oĩ tp̄e ſit laudabile. ſcd̄m ꝙ Jero⁹ dicit ad Lucinuʒ

Utinã omni tpe ieiunare poſſemus.

## Ad ſextum ſic proce

dit. Videt ꝙ nõ regrat ad ieiuniũ ꝙ hõ tm̃ ſemel comedat. Jeiuniũ.n.ut dictũ ẽ: ẽ act⁹ virtutis abſtinẽtie: q̃ gdẽ nõ min⁹ ſibi obſuat debitã q̃titatẽ cibi q̃ ꝯmeſtionis numerũ. nõ aũt taxat ieiunãtib⁹ q̃titas cibi. g̃ nec numer⁹ comeſtiõis taxari dꝫ. ¶ P̃. Sic hõ nutrit cibo ita ꝛ potu: vñ ꝛ pot⁹ ieiuniũ ſoluit. ꝓpt qḋ nõ poſſum⁹ p⁹ potũ eucharistiam accipe. ſꝫ ñ ẽ ꝓhibitũ gn pluries bibam⁹ diuerſis horis diei. g̃ ꝛ nõ dꝫ eẽ ꝓhibitũ ieiunãtibus gn pluries comedãt. ¶ P̃. Electuaria gdã cibi ſũt: q̃ tñ a multis in dieb⁹ ieiunij p⁹ comeſtiõꝫ ſumũt. g̃ vnitas comeſtiõis nõ ẽ de rõne ieiunij. ¶ Sꝫ ĩ ꝯtriũ ẽ cõis conſuetudo ppl̃i xp̃iani. R̃⁹ dḋ ꝙ ieiunium ab eccl̃ia inſtituit ad ꝯcupiſcẽtiam refrenãdam: ita tñ ꝙ natura ſaluet. ad h̃ aũt ſufficẽ videt vnica comeſtio: p quã hõ põt ꝛ nature ſatiſfacere. ꝛ tñ ꝯcupiſcentie aligd detrahit diminuendo comeſtionum vices. ꝛ iõ eccl̃ie moderatiõe ſtatutũ ẽ ut ſemel ĩ die a ieiunãtib⁹ comedat. ¶ Ad p̃mũ g̃ dḋ ꝙ q̃titas cibi nõ potuit eadẽ oĩb⁹ taxari ꝓpt diuerſas corpoꝝ ꝯplexiones. ex q̃bus ꝯtigit ꝙ vnus maiori alter minori cibo ĩdiget. ſꝫ ut pl̃imũ oẽs pñt nature ſatiſfacere p vnicã comeſtionem. ¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ duplex ẽ ieiuniũ. Unũ gdẽ nature qḋ requirit ad eucharistie ſũptionem. ꝛ h̃ ſoluit p quẽlibet potuꝫ etiam aque p⁹ quẽ etiã nõ licet eucharistiaꝫ ſumẽ. Eſt ãt aliud ieiuniũ eccl̃ie qḋ dr̃ ieiuniũ ieiunãtiũ. ꝛ iſtḋ nõ ſoluit niſi p ea q̃ eccleſia int̃dicere ĩtendit ĩſtituẽdo ieiuniũ. ñ aũt ĩtẽdit eccl̃ia int̃dicere abſtinẽtiã pot⁹ q ma gis fuit ad altatiõeꝫ corpis ꝛ digeſtiõeꝫ ciboꝝ aſſũptoꝝ q̃ ad nutritionẽ. lꝫ aliq̃ mõ nutriat. ꝛ iõ lꝫ pluries ieiunãtib⁹ bibere. ſi ãt gs ĩmoderate potu vtat. põt peccare ꝛ meritũ ieiunij pdere. ſicut etiã ſi ĩmoderate cibuꝫ in vna comeſtiõe aſſumat. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ electuaria etiã ſi aliq̃ mõ nutriãt: non tñ p̃ncipalit aſſumũt ad nutrimentũ. ſed ad digeſtionẽ ciboꝝ. vñ nõ ſoluũt ieiuniũ ſic nec aliaꝝ medicinaꝝ aſſumptio niſi forte aligs ĩ fraudẽ electuaria ĩ magna q̃titate aſſumat per modum cibi.

## Ad ſeptimuꝫ ſic pro

cedit. Videt ꝙ hora nona nõ ꝯueniẽt taxetur ad comedẽdũ his q ieiunãt. Status.n. noui teſtamẽti ẽ pfectior q̃ ſtat⁹ veteꝝ teſtamẽti. ſꝫ ĩ veti teſtamẽto ieiunabant vſq ad veſpam: dr̃.n. Leuit. 23°. Sabbatũ ẽ: affligetis aĩas vr̃as. ꝛ p⁹ea ſequit. a veſpe vſq ad veſpam celebrabitis ſabbata vr̃a. g̃ multomagis in nouo teſtamento ieiuniũ debꝫ indici vſq ad veſpam. ¶ P̃. Jeiuniũ ab eccl̃ia inſtitutũ oĩbus imponit. ſꝫ nõ oẽs pñt determinate cognoſcere horã nonã. g̃ videt ꝙ taxatio hore none nõ debeat cadere ſub ſtatuto ieiunij. ¶ P̃. Jeiuniũ ẽ act⁹ ṽtutis abſtinentie ut s̃ dictũ ẽ. ſꝫ ṽtus moralis nõ eodẽ mõ accipit mediũ q̃ ad oẽs: qa qḋ ẽ multũ vni: ẽ paruꝫ alteri vt dr̃ in 2° ethicoꝝ. g̃ nõ debet ieiunãtib⁹ taxari hora nona. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qḋ ꝯcilium Calcedonenſe dic. ĩ q̃dragesima nullatenus credẽdi ſũt ieiunare: q ante mãducauerit q̃ veſptinũ celebret officiũ: qḋ q̃dragesimali tpe p⁹ nonã dr̃. g̃ vſq ad nonã ẽ ieiunãdũ. ¶ R̃⁹ dicẽdũ ꝙ ſicut dcm̃ ẽ. ieiuniũ ordiatur ad d̃letionẽ ꝛ cohibitiõeꝫ culpe. vñ oꝫ ꝙ aligd addat ſupra cõeꝫ ꝯſuetudinẽ: ita tñ ꝙ p h̃ nõ multũ nã grauet. Eſt aũt debita et cõis cõſuetudo comedẽdi homib⁹ circa horã ſextam. tũ qa iã videt eẽ cõpleta digeſtio nocturno tpe nãli calore ĩtius reuocato propter frigus noctis circũſtãs ꝛ diffuſio humoꝝ p mẽbra coopante ad h̃ calore diei uſq ad ſũmũ ſolis aſcẽſũ. tũ etiã qa tũc p̃cipue natura corpis hũani indiget iuuari ꝯ extiorẽ aeris calorẽ: ne hũores intius adurat. ꝛ iõ ut ieiunans aliquã afflictionẽ ſentiat ꝓ culpe ſatiſfactione: ꝯueniẽs hora comedendi taxat ieiunãtibus circa horã nonã. Cõuenit etiam iſta hora myſterio paſſiõis xp̃i: que ꝯpleta fuit hora nona quando inclinato capite tradidit ſpiritũ. Jeiunãtes.n. dum ſuaꝫ carnẽ affligunt paſſioni xp̃i conformant: ſcḋm illud ad Gal. 5°. Qui aũt xp̃i ſunt: carnẽ ſuaꝫ crucifixerũt cũ vitijs ꝛ cõcupiſcẽtijs. ¶ Ad p̃mũ g̃ dicendũ ꝙ ſtatus veteris teſtamẽti ꝯpat nocti. ſtat⁹ vero noui teſtamẽti diei: ſꝫ illud ad Ro. 13°. Nox p̃ceſſit: dies ãt approp̃iquauit. ꝛ iõ ĩ veteri teſtamento ieiunabãt uſq ad noctẽ: nõ ãt in nouo teſtamento. Ad ſecũdũ dḋ ꝙ ad ieiuniũ requirit hora d̃terminata nõ ſ̃m ſubtilẽ examinationẽ: ſꝫ ſ̃m groſſam eſtimationẽ. Sufficit.n. ꝙ ſit circa horã nonã. ꝛ h̃ d̃ facili q̃libet cognoſcẽ põt

Ad tertiū dicēdū ꝙ modicū augmētū uł etiam modicus defectus nō multū pōt nocere nō ē aūt magnū tp̄is ſpaciū qđ ē ab hora ſexta i q̄ cōiter hoīes comedere ꝯſueuerūt vſqꝫ ad horā nonā q̄ ieiunātib' determiat̄. ⁊ iō talis taxatō tp̄is ñ multū pōt alicui nocē cuiuſcūqꝫ ꝯditiōis exiſtat: uł ſi forte ꝓpt̄ infirmitatē vł etatē aut aliqđ huiuſmōi ħ eis i magnū grauamen cederet: eēt cū eis i ieiunio diſpenſandū: vel ut aliquātulum ꝓuenirēt horam.

## Ad octauum ſic proceditur.

Videt̄ ꝙ īconueniēter ieiunantib' indicat̄ abſtinentia a carnibus ⁊ ouis ⁊ lacticinijs. Dictū ē ē ꝙ ieiuniū ē inſtitutū ad cōcupias carnis refrenandas. ſꝫ magis ꝯcupiaꝫ ꝓuocat potus vini q̄ꝫ eſus carniū ſm illud prouer. 20. Luxurioſa res ē vinum. ⁊ ad Eph. 5°. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. cuꝫ ğ non interdicat̄ ieiunātibus potus vini: vr̄ ꝙ non debeat int̄dici eſus carniū. ¶ ℞. Aliq piſces ita delectabilit̄ comedūt̄ ſicut quedaꝫ aīaliū carnes. ſꝫ cōcupia ē appetitus delectabilis ut ē ħitū ē. ğ in ieiunio qđ ē inſtitutum ad cōcupiam refrenandā ſicut nō interdicit̄ eſus piſciū: ita nō debet interdici eſus carnium. ¶ ℞. In quibuſdā ieiuniorum dieb' aliqui ouis ⁊ caſeo vtūtur. ğ pari ratione i ieiunio quadrageſimali talib' hō uti pōt. ¶ Sꝫ ꝯ ē cōis fideliū ꝯſuetudo. ¶ R° dō ꝙ ſicut ē dictū ē. ieiuniū ab eccłia ē inſtitutū ad reꝓmēdas cōcupias carnis q̄ qdē ſunt delectabilium ſm tactū que cōſiſtūt in cibis ⁊ venereis ⁊ iō illos cibos eccłia ieiunantibus interdixit q ⁊ in comedendo maxime hñt delectatōnē ⁊ iterum maxīe hoīem ad venerea ꝓuocant huiuſmōi aūt ſūt carnes aīaliū in terra naſcētiū ⁊ reſpirantiū et q̄ ex eis procedūt: ſicˀ lacticinia ex greſſibilib': et oua ex auib': qꝛ. n. h' modi magis cōformāt̄ hūano corpi: pl' delectant et magis cōferūt ad hūani corpiſ nutrimētū. ⁊ ſic ex eoꝝ cōmeſtione pl' ſupfluit ut vertat̄ i materiā ſemis cui' multiplicatio eſt maximū incitamētū luxurie. et iō ab hiſ cibiſ ꝓcipue ieiunātib' eccłia ſtatuit eē abſtinēdū ¶ Ad primū ğ dicēdū ꝙ ad actū gn̄ationis tria cōcurrūt. ſ. calor ſpūſ et hūor. Ad calorē qdē maxime coopat̄ vinū et alia calefaciētia corp'. Ad ſpūs aūt vidētur coopari inflatiua Sꝫ ad humorē maxime coopat̄ vſus carniū ex quib' multū de alimēto gnātur. alteratō aūt caloris et multiplicatō ſpirituū cito tranſit: ſꝫ ſubſtā hūoris diu manet. et iō magł interdicit̄ ieiunātibus vſus carniuꝫ q̄ꝫ vini uel leguminū que ſunt inflatiua. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ eccleſia ieiuniū inſtituens itēdit ad id qđ cōmuni' accidit: eſus aūt carniū eſt magis delectabilis cōiter q̄ꝫ eſus piſciū: q̄uiſ i qbuſdā aliť ſe hēat. et iō eccłia magis ieiunātib' prohibuit eſū carniū q̄ꝫ eſum piſciuꝫ. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ oua et lacticinia ieiunātib' int̄dicūt̄ inq̄ꝫtū ſūt ex aīalib' exorta carnes habentib': vnde ꝓncipali' interdicūt̄ q̄ꝫ oua uł lacticinia. Silit̄ etiā int̄ alia ieiunia ſollēni' ē quadrageſimale ieiuniū: tū qa obſeruat̄ ad imitationē xp̄i: tū etiā qa ꝑ ipſū diſponimur ad redēptionis nr̄e myſteria deuote celebrāda. et iō in quolibet ieiunio interdicit̄ eſ' carniū. In ieiunio aūt q̄drageſimali iterdicūtur vłiter etiā oua et lacticinia circa quorū abſtinētiam i alijs ieiunijs ꝺſīe cōſuetudines exiſtūt apud diuerſos: q̄s qſqꝫ obſeruare dꝫ ſꝫ morē eoꝝ int̄ q̄s cōuerſat̄. Vñ Iero' dic̄ de ieiunijs loquēs. Vnaqueqꝫ prouintia abūdet i ſuo ſenſu. et ꝓcepta maioꝝ leges apoſtolicas arbitretur.

Deinde ꝯſiderandū ē de gula. ¶ Et circa ħ querūtur ſex. ꝓ° vtrum gula ſit pctm̄. 2° vtrū ſit peccatuꝫ mortale. 3° vtrū ſit maximū pctōꝝ. 4° de ſpēb' ei'. 5° vtrū ſit vitiuꝫ capitale. 6° de filiabus eius.

## Ad primuꝫ ſic proceditur.

Videt̄ ꝙ gula nō ſit pctm̄. Dicit. n. dñs Math. 15°. Nō intrat i os nō coinquinat hoīeꝫ ſꝫ gula ē circa cibos q intrāt in hoīem. cuꝫ ğ oē pctm̄ coinquinat hoīem: videt̄ ꝙ gula nō ſit pctm̄. ¶ ℞. Nulł peccat i eo qđ vitare nō pōt ſꝫ gula cōſiſtit i imoderātia cibi quā nō pōt hō vitare. Dic̄. n. Gregł. 30. moraľ. Quia ꝑ eſū voluptas nccitati miſcet̄: qđ nccitas petat: et qđ voluptas ſuppetat igrat̄. Et Aug' dic̄ i 10. confeſ. Quiſ ē dñe q aliquātulū extra metas nccitatis cibū ñ ſumit. ğ gula nō ē pctm̄. ¶ ℞. In quolibet genere pcti ꝓmus motus ē pctm̄. ſꝫ ꝓmus mot' ſumēdi cibū nō ē peccatū: alioqn fames et ſitis eſſent pctā. ğ gula nō ē peccatū. ¶ Sꝫ ꝯ ē qđ Greg'. 20. moraľ. dicit ꝙ ad cōflictū ſpūał agonis nō aſſurgit̄

ſi nō prius intra noſmetipſos hoſtis poſitus
gule videlꝫ appetitꝰ edomat̄. ſꝫ īterioꝛ hoſtis
hoīs ē pctm̄. ğ gula ē peccatū ¶ Rꝰ dicēdū
ꝙ gula nō noīat quēlibꝫ appetitū edēdi ⁊ bi
bendi ſꝫ īoꝛdinatū. Dicit̄ aūt appetitus īoꝛdi
natus ex eo ꝙ recedit ab oꝛdine rōnis ī q̄ bo
nū v̄tutꝭ moꝛalis ꝯſiſtit. ex h̄ aūt dr̄ aliqd eſſe
peccatū ꝙ v̄tuti ꝯ̄riat̄: vnde manifeſtum ē ꝙ
gula ē peccatū. ¶ Ad primū ğ dicēdū ꝙ id
qd̄ intrat in hoīem ꝑ modū cibi: ſcḋm ſuaꝫ ſub
ſtantiā ⁊ naturā nō coinqnat hoīem ſpūalit̄
ſꝫ iudei ꝯ̄ q̄s dn̄s loqt̄ ⁊ manichei opinabāt̄
ꝙ aliqui cibi imūdos facerent: nō propt̄ figu
rā ſed propt̄ ꝓpꝛiam naturā. inoꝛdinata autē
ciboꝝ cōcupiā ſpūaliter hoīem coinquinat.
¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ ſicut dictū ē: vitium
gule nō cōſiſtit in ſubā cibi: ſꝫ in cōcupiā nō
regulata rōne. ⁊ iō ſi aliqs excedat in quanti
tate cibi nō propt̄ ꝯcupiam cibi ſꝫ eſtimās id
ſibi neceſſariū eē: nō ꝑtinet h̄ ad gulam: ſed
ad aliquā īpitiam. ſed h̄ ſolū ꝑtinet ad gulā
ꝙ aliqs ꝓpter ꝯcupiam cibi delectabil̄ ſciēt̄
excedat menſurā ī edendo. ¶ Ad tertiū dicē
dū ꝙ duplex ē appetitus. Unus quidē nālis
q ꝑtinꝫ ad vires aīe vegetabilis ī qbꝰ nō pōt
eſſe v̄tus ⁊ vitiū: eo ꝙ nō pn̄t ſubyci rationi.
vn̄ ⁊ vis appetitiua diuiditur ꝯ̄ retētiuā dige
ſtiuā et expulſiuā. et ad talē appetituꝫ ꝑtinet
eſuries et ſitis. Eſt aūt et alius appetitus ſen
ſitiuus in cuiꝰ ꝯcupiā vitiū gule ꝯſiſtit. vnde
ꝑmus motus gule īpoꝛtat īoꝛdinationē ī ap
petitu ſenſitiuo qui non eſt ſine peccato.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ gula nō ſit pctm̄ moꝛtale. Dē
n. peccatū moꝛtale ꝯ̄riat̄ alicui p̄cepto deca
logi. qd̄ de gula nō videt̄. ğ gula non ē pctm̄
moꝛtale. ¶ P. Dē peccatū moꝛtale ꝯ̄riat̄ ca
ritati ut ex ſ̄ dictis pꝫ. ſed gula nō opponitur
caritati: neqꝫ q̄ꝫtuꝫ ad dilectionem dei: neqꝫ
q̄ꝫtū ad dilectionē pꝛoximi. ğ gula nō ē pctm̄
moꝛtale. ¶ P. Augꝰ dic̄ in ſermone de purga
toꝛio. Quotiēs aliqs ī cibo aut potu plꝰ acci
pit q̄ꝫ neceſſe ē. ad minuta pctā ꝑtinet̄ noue
rit. ſꝫ hoc ꝑtinꝫ ad gulā. ğ gula ꝯputat̄ int̄ mi
nuta. i. int̄ vēialia pctā. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qd̄ Gregꝰ di
cit ī 30. moꝛal̄. Dominātē gule vitio oē quod
hoīes foꝛtiter egerūt ꝑdūt. et dū venter nō re
ſtrīgit̄ ſimul cūcte v̄tutes obruūt̄. ſꝫ v̄tꝰ non
tollitur niſi ꝑ pctm̄ moꝛtale. ğ gula ē pecatuꝫ
moꝛtale. ¶ Rꝰ dicēdū ꝙ ſicut dictū ē: vitiuꝫ
gule pꝛopꝛie cōſiſtit ī ꝯcupiā īoꝛdinata. oꝛdo
aūt rōnis cōcupiſcam oꝛdinantis dupliciť tol
li pōt. Uno° q̄ꝫtū ad ea que ſūt ad fineꝫ ꝓut
ſ. nō ſūt ita ꝯmēſurata ut ſint pꝛopoꝛtionata
fini. Alio° q̄ꝫtū ad ipſū finem ꝓut. ſ. ꝯcupiā
hoīeꝫ auertit a fine debito. Si ğ inoꝛdinatō
cōcupiē accipiat̄ ī gula ſcḋm auerſionem a fine
vltimo. ſic gula erit peccatū moꝛtale. qd̄ qui
dē cōtingit qn̄ delectationi gule inheret hō
tanq̄ꝫ fini ꝓpt̄ quē deū cōtēnit. paratus. ſ. ꝯ̄ pꝛe
cepta dei agere ut delectatōes hꝰmōi aſſeqt̄
Si v̄o ī vitio gule ītelligat̄ īoꝛdinatō ꝯcupie
tm̄ ſcḋm ea q̄ ſūt ad finē: utpote qa nimis cōcu
piſcit delectationes ciboꝝ: nō tn̄ ita ꝙ ꝓpter
h̄ faceret aliqd ꝯ̄ legē dei: ē pctm̄ veniale.
Ad ꝑmū ğ dd̄ ꝙ vitiū gule hꝫ ꝙ ſit peccatum
moꝛtale inq̄ꝫtuꝫ auertit a fine vltimo. ⁊ ſcḋm h̄
ꝑ quādam reductionē opponit̄ p̄cepto d̄ ſan
ctificatione ſabbati: ī q̄ p̄cipit̄ qes ī fine vltīo:
nō. n. oīa pctā moꝛtalia directe ꝯ̄riāt̄ p̄ceptꝭ
decalogi: ſꝫ ſolū illa q̄ iuſticiā cōtinēt. quia p̄
cepta decalogi ꝑtinēt ſpālit̄ ad iuſticiam ⁊ ꝑ
tes eius ut ſ̄ h̄itū ē. ¶ Ad ſecūdum dicēdū
ꝙ inq̄ꝫtuꝫ auertit a fine vltimo ꝯ̄riatur gula
dilectioni dei q ē ſuꝑ oīa ſicut finis vltimus
diligēdus. ⁊ ſcḋm h̄ ſolū gula ē peccatū moꝛta
le. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ illud verbuꝫ Augꝭ.
intelligit̄ de gula inq̄ꝫtum īpoꝛtat inoꝛdina
tionē ꝯcupiſcentie ſolū circa ea q̄ ſūt ad finē
¶ Ad quartū dicēduꝫ ꝙ gula dicit̄ virtutes
auferre nō taꝫ ꝓpt̄ ſe q̄ꝫ etiā ꝓpt̄ vitia q̄ ex ea
oꝛiūtur. Dicit. n. Gregꝰ in paſtoꝛal̄. Dū v̄ter
in īgluuieꝫ tendit̄: v̄tutes anime ꝑ luxuriam
deſtruuntur.

## Ad tertium ſic proce

dit̄. Videtur ꝙ gula ſit maximū peccatoꝛuꝫ.
Magnitudo. n. pcti ex magnitudine pene ꝯ
ſiderat̄. ſꝫ pctm̄ gule ē grauiſſime punitū. Dic̄
n. Criſoꝰ. Adam incontinētia v̄tris expulit
a ꝑadiſo. Diluuiū qd̄ fuit tpe Noe ipſa fecit:
ſcḋm illud Ezech. 16°. Hec fuit iniqtas ſoꝛoꝛis
tue Sodome ſaturitas panis ⁊ vini. ğ pctm̄
gule ē maximū peccatoꝝ. ¶ P. Cauſa ī q̄libet
gnē ē potioꝛ. ſꝫ gula videt̄ eē cā alioꝝ pctōꝝ
qa ſuꝑ illud ps. Qui ꝑcuſſit egyptū cuꝫ ꝑmo
genitis eoꝝ: dic̄ glo. Luxuria ꝯcupiā ſuꝑbia
ſunt ea q̄ venter generat. ğ gula ē ğuiſſimuꝫ
pctōꝝ. ¶ P. Poſt deū homo dꝫ ſeipſuꝫ ma
xime diligē ut ſ̄ h̄itū ē. ſꝫ ꝑ vitiuꝫ gule hō in
fert ſibi ipſi nocumētum. Dicitur. n. Eccl. 37°.

Propᷦ crapulã multi obierũt. ḡ gula ē maxi
mũ peccatorũ ad min⁹ ,ppᷦ pctã q̃ ſũt ꝯ deũ.
¶ Sꝫ ꝯ ē ꝙ vitia carnalia inter q̃ cõputaꝶ gu
la ſm Gregͦ. ſunt minoris culpe. ¶ Rͦ dicẽ
dũ ꝙ grauitas alicui⁹ pcti põt tripl'r ꝯſidera
ri. pͦ qdẽ ꝛ pncipaliꝶ ſm mãm i q̃ peccatur . ꝛ
ſm h̄ pctã q̃ ſũt circa res diuinas ſũt maxia.
vñ ſm h̄ vitiũ gule nõ ē maximũ. eſt. n. circa
ea q̃ ad ſuſtentationẽ corpis ſpectãt. 2ͦ autẽ
ex pte peccãtis. ꝛ ſm h̄ pctm̃ gule magͦ alleui
atur q̃ꝫ aggrauaꝶ. tũ ,ppter neccitatẽ ſũptõis
ciboꝝ. tũ etiã ,ppᷦ difficultatẽ diſcernendi ꝛ
moderandi id, qδ in talib⁹ ꝯuenit. 3ͦ vͦo modo
ex pte effectus cõſequẽtis. ꝛ ſm h̄ vitiũ gule
hꝫ quãdã magnitudinẽ: inq̃ꝫtũ ex ea occaſio
nanꝶ diuerſa pctã. ¶ Ad pͥmum ḡ dicẽdũ ꝙ
ille pene referũꝶ magiſ ad vitia que ſũt ꝯſecu
ta ex gula uel ad gule radicẽ q̃ꝫ ad ipſam gulã
Nam pͥm⁹ hõ expulſus ē de paͣdiſo ,ppter ſu
pbiam ex q̃ ,pceſſit ad actũ gule. diluuiũ aũt
ꝛ pena ſodomoꝝ ſũt inducta ,ppter peccata
luxurie procedẽtia ex gula occaſionata. Ad
ſecũdũ dicẽdũ ꝙ rõ illa ,pcedit ex pte pctõꝝ
q̃ ex gula oriũꝶ. nõ aũt oportꝫ ꝙ cã ſit potior
niſi in cauſis p ſe: gula aũt nõ ē cã illoꝝ vitioꝝ
p ſe ſꝫ q̃ſi p accidẽs ꝛ p occaſionẽ. ¶ Ad terti
um dicẽdũ ꝙ guloſus nõ intendit ſuo corpi
nocumẽtũ inferre: ſꝫ in cibo delectari. Si aũt
nocumentũ corpis ſeq̃ꝶ h̄ ē p accidẽs. vñ h̄
ñ directe ptinet ad ḡuitatẽ gule: cuius culpa
tñ aggrauaꝶ ſi qs corpale detrimentũ incur
rat ,ppter imoderatam cibi ſũptionem.

## Ad quartum ſic pro

cediꝶ. Videꝶ ꝙ icõuenieñꝶ ſpẽs gule diſtignã
tur a Gregͦ. qui. 30. moraꝶ. diꝶ. Quincꝫ mõis
nos gule vitiũ temptat. Aliqñ nãcꝫ indigẽtie
tpa p̃uenit: aliqñ lautiores cibos querit : ali
qñ q̃ ſumenda ſunt prepari accurati⁹ appetit
aliqñ in ipſa quãtitate ſumẽdi menſurã refe
ctõis excedit. aliqñ ipſo eſtu imenſi deſiderij
aliqs peccat. Et ꝯtineꝶ i h̄ vͦſu. Preprope
laute nimis ardenꝶ ſtudioſe. Predicta. n. di
uerſificanꝶ ſm diuerſas circũſtãtias. ſꝫ circũ
ſtantie cũ ſint accidentia actuũ nõ diuerſifi
cant ſpeciẽ. ḡ ſm p̃dicta nõ diuerſificãꝶ ſpẽſ
gule. P. Sicᷦ tẽp⁹ ē q̃dã circũſtãtia. ita ꝛ lo
cus. ſi ḡ ſꝫ tẽp⁹ vna ſpẽs gule accipiꝶ. videꝶ
ꝙ pari rõne ſm locũ ꝛ aliaſ circũſtãtias. P.
Sicut tpantia obſeruat debitas circũſtãtiaſ
ita etiam ꝛ alie vͦtutes morales. ſꝫ in vitijs q̃
opponũtur alijs vͦtutibus moralib⁹ nõ diſti
guuntur ſpẽs ſm diuerſas circũſtantias. ḡ
nec i gula. Sꝫ ꝯ ē vͦbũ Gregͦ. iductũ. ¶ Rͦ
dδ ꝙ ſicut dictũ ē: gula iportat iordinatã ꝯcu
piſcẽtiã edendi. In eſu aũt duo cõſideranꝶ. ſ.
ipſe cib⁹ q comediꝶ. ꝛ eius comeſtio. Põt ḡ
inordinatio ꝯcupie attendi dupliciꝶ. Uno q
dẽ modo q̃ꝫtũ ad ipſũ cibum q ſumitur. ꝛ ſic
q̃ꝫtum ad ſubam uel ſpẽm cibi q̃rit aliquiſ ci
bos lautos. i. pcioſos. q̃ꝫtũ ad q̃litatem q̃rit ci
bos nimis accurrate p̃patos. i. ſtudioſe. q̃ꝫtuꝫ
aũt ad q̃ꝫtitatẽ excedit nimis in edẽdo. Alio
vͦo modo attendiꝶ inordinatõ ꝯcupie q̃ꝫtum
ad ipſam ſũptionẽ cibi: uel qa p̃uenit debitũ
tẽpus comedendi qδ ē p̃prope: uel qꝛ nõ ſer
uat modũ debitũ i edẽdo qδ ē ardẽꝶ. Iſido⁹
vͦo cõp̄hendit primũ ꝛ ſecũdũ ſub vno dicenſ
ꝙ guloſus excedit in cibo ſm qd q̃ꝫtũ quõ et
qñ. ¶ Ad pͥmum ḡ dicenduꝫ ꝙ corruptio di
uerſaꝝ circũſtantiaꝝ facit diuerſas ſpẽs gule
,ppter diuerſa motiua ex qbus moraliũ ſpẽs
diuerſificanꝶ. In eo. n. ꝙ querit lautos ciboſ
excitaꝶ cõcupiſcentia ex ipſa ſpecie cibi. i eo
vͦo ꝙ p̃occupat tp̃s deordinaꝶ cõcupiſcentia
,ppter ipatiam more. Et idẽ pꝫ i alijs. Ad ſe
cũdũ dδ ꝙ i loco ꝛ in alijs circũſtantijs nõ i
uenitur aliud differẽs motiuũ ptinẽs ad vſũ
cibi qδ faciat aliquã ſpẽm gule. ¶ Ad t̃tium
dδ ꝙ i qbuſcũcꝫ alijs vitijs diuerſe circũſtã
tie hñt diuerſa motiua. oportet accipi diuer
ſas ſpẽs vitiorũ ſm diuerſas circũſtãtias: ſed
hoc nõ cõtingit in omnibus ut dictum eſt.

## Ad quintum ſic pro

cediꝶ. Videꝶ ꝙ gula nõ ſit vitiũ capitale. Ui
tia. n. capitalia dicũtur ex qb⁹ alia oriũꝶ ſꝫ rõ
nẽ cãe finalis. ſꝫ cib⁹ circa quẽ ē gula nõ ha
bet rõnem finis: ñ. n. ,ppter ſe q̃riꝶ ſꝫ ,ppᷦ cor
poris nutritõnẽ. ḡ gula ñ eſt vitium capitale.
¶ P. Uitiũ capitale aliqñ pncipalitatẽ hr̃e vi
deꝶ i rõne pcti. ſꝫ h̄ nõ ꝯpetit gule: qꝛ vr̃ eẽ ſe
cũdũ ſuũ gen⁹ minimũ pctõꝝ ut pꝫ. qꝛ pl⁹ apro
pinquat ad id qδ ē ſm nãm. ḡ gula nõ videꝶ
eẽ vitiũ capitale. ¶ P. Pctm̃ cõtingit ex h̄ ꝙ
aliqs recedit a bono honeſto ,ppᷦ aliqδ vtile
pñti vite: uel delectabile ſenſui. ſed circa bõa
q̃ hñt rõnẽ vtilis poniꝶ vnũ tm̃ vitiũ capitale
ſ. auaricia. ḡ ꝛ circa delectationes videꝶ eſſe
ponẽdũ vnũ tm̃ vitium capitale. ponitur aũt
luxuria q̃ ē maius vitiũ q̃ꝫ gula. ꝛ circa maio
res delectatiões. ḡ gula nõ ē vitiuꝫ capitale.

Sꝫ ↄ̃ ē ꝙ Greg⁹ 3i° moral̃. cōputat gulā int̃
vitia capitalia. ¶ R° dicēdū ꝙ ſicut ſ̃ dcm̄
ē. vitiū capitale dr̃ ex q̃ alia vitia oriūtur ſm̄
rōnē cauſe finalis: inq̄ztū .ſ. habet finē mul
tum appetibilē: vñ ex eius appetitu hoīes ꝓ
uocātur multipliciť ad peccādū. ex h̃ āt ali-
qs finis reddiť multū appetibil̃ ꝙ hꝫ aliquā
de cōditiōib⁹ felicitatis q̃ ē nālr̃ appetibil̃
ptinet aūt ad rōnē felicitat̃ delectatio ut pꝫ
i p̃ ⁊. io. ethicoꝝ. ⁊ ideo vitiū gule qđ ē circa
delectatiōes tact⁹ q̃ ſūt ꝑcipue int̃ alias: con
ueniēť pōiť inter vitia capitalia. ¶ Ad p̄mū
ḡ dicēdū ꝙ ipſe cib⁹ ordinať qdē ad aliqd
ſicut ad finē. ſꝫ qa ille finis .ſ. ↄſeruatio vite ē
maxīe appetibil̃ qa ſine cibo ↄſeruari n̄ pōt
Jnde etiā ē ꝙ ipſe cib⁹ ē maxīe appetibil̃ ⁊
ad h̃ vere tot⁹ laboꝛ hūane vite ordinať: ſm̄
illud Eccl̃iaſtes. 6°. Ōis laboꝛ hoīs ī oꝛe ei⁹.
⁊ tñ magis gula videť eē circa delectatiōes
cibi q̄ȝ circa cibos: ꝓpť qđ ut Aug⁹ diċ ī li°
de vera religiōe. qb⁹ viris corpis ſal⁹ ē: ma
lunt veſci in q̃. ſ. delectatio ē q̄ȝ ſaťari: cū oīſ
finis illi⁹ voluptat̃ ſit nō ſitire atq̄ȝ eſurire.
Ad ſecūdū dicēdū ꝙ finis ī pctō accipitur
ex pte ↄuerſiōis: ſꝫ ḡuitas pcti accipiť ex p-
te auerſiōis. ⁊ iō nō oꝫ vitiū capitale qđ ha-
bet finē maxīe appetibilē habē magnā gra-
uitatē. ¶ Ad t̄tiū dicēdū ꝙ delectabile ē ap
petibile ſm̄ ſe. ⁊ iō ſm̄ ei⁹ diuerſitatē ponū-
tur duo vitia capitalia .ſ. gula ⁊ luxuria. vtile
āt ex ſe nō hꝫ rōnē appetibil̃: ſꝫ ſcđm ꝙ ad
aliud ordinať. ⁊ iō ī oīb⁹ vtilib⁹ videť eē v-
na rō appetibilitat̃. ⁊ ꝓpť h̃ circa h⁹mōi nō
poniť niſi vnū vitiū capitale.

# Ad ſextum ſic proce

diť. Videť ꝙ icōueniēť aſſignēť gule qnq̄ȝ
filie .ſ. inepta leticia: ſcurrilitas: īmundicia.
multiloqū: hebetudo mētis circa ītelligen
tiā. Jnepta .n. leticia ↄſeqť oē pctm̄: ſm̄ illđ
pv̄. 2°. Qui letāť cū maleſecerint ⁊ exultant ī
rebus peſſimis. ſiliť etiā hebetudo mentis ī
uenitur ī oī pctō: ſcđm illud pv̄. 14°. Errāt
q opāť malū. ḡ icōueniēť ponūť filie gule.
¶ P. Jnmūdicia q̃ maxīe cōſeqť gulā videť
ad vomitū ptinē: ſcđm illud Yſa. 28°. Oēs
menſe replete ſunt vomitu ſoꝛdiū. ſed hoc n̄
videtur eē pctm̄ ſꝫ pena pcti: uel etiā aliqđ
vtile ſub ↄſilio cadēs: ſcđm illud Eccl. 3i°.
Si coact⁹ fuer̃ ī edēdo multū: ſurge e me-
dio ⁊ vome ⁊ refrigerabit te. ḡ n̄ debꝫ pōi iť
filias gule. P. Jſido⁹ ponit ſcurrilitatem fi
liaꝫ luxurie. non ḡ debet poni int̃ filias gule
¶ Sꝫ ↄ̃ ē ꝙ Greg⁹. 3i°. moral̃. has filias gule
aſſigt. ¶ R° dicēdū ꝙ ſicut dictū ē: gula ꝓ
prie ↄſiſtit circa īmoderatā delectatiōeꝫ q̃ ē
ī cibiſ ⁊ potib⁹. ⁊ iō illa vitia int̃ filias gule
ↄputāť q̃ ex īmoderata delectatiōe cibi ⁊ po
t⁹ cōſequūť. Que qdē pñt accipi uel ex pte
aīe uel ex pte corpis. Ex pte āt aīe q̄drupli-
ciť. p̄ qdē q̄ztū ad rōnē cui⁹ acies hebetatur
ex īmoderatiōe cibi ⁊ pot⁹. ⁊ q̄ztū ad h̃ pōi-
tur filia gule hebetudo ſēſ⁹ circa ītelligētiaꝫ
ꝓpť fumoſitates ciboꝝ ꝑturbātes caput. ſi-
cut eↄ̃rio abſtinētia ↄfert ad ſapīe ꝑceptiōꝫ
ſm̄ illđ Eccl̃iaſtes. 2°. Cogitaui ī corde meo
abſtrahē a vino carnē meā ut aīuꝫ meū trāſ
ferrē ad ſapiaꝫ. 2° q̄ztū ad appetitū q mltipli
ciť deoꝛdiāť ꝑ īmoderātiā cibi ⁊ pot⁹ q̄ſi ſo
pito gub̃naculo rōis. ⁊ q̄ztū ad h̃ pōiť īepta
leticia: qa oēs alie īoꝛdinate paſſiōes ad le-
ticiā ⁊ t̄ſticiā ordināť: ut dr̃ ī. 2°. ethicoꝝ. et
h̃ ē qđ dr̃. 2° Eſdre 3° ꝙ vinū oēm menteꝫ cō
uertit in ſecuritatē ⁊ iocūditatē. 3° q̄ztuꝫ ad
īoꝛdinatū verbū. ⁊ ſic poniť multiloquium
Quia ut Greg⁹ diċ ī paſtoꝛal̃. Niſi gule de-
ditoſ īmoderata loq̄citaſ rapet: diues ille q
epulat⁹ q̄tidie ſplēdide dr̃: in lingua ḡuius
nō arderet. 4° q̄ztū ad īoꝛdinatū actū. ⁊ ſic
poniť ſcurrilitas .i. iocularitas q̄dā ꝓueniēſ
ex defectu rōnis: q̃ ſicut nō pōt cohibē v̄ba:
ita nō pōt cohibē exteriores geſt⁹. Vñ ad
Eph. 5. ſup illud Aut ſtultiloqū aut ſcurrili
tas dicit glo. ꝙ a ſtultis ſcurrilitas dr̃ .i. io
cularitas que riſuꝫ mouē ſolet: q̄ztuis poſſit
vtrūq̄ȝ hoꝝ referri ad verba ī qb⁹ ↄtigit pec
care: uel rōne ſupfluitat̃ qđ ptinet ad multi
loqū: uľ rōne īhoneſtat̃ qđ ptinet ad ſcurri
litatē. Ex pte aūt corpis poniť īmūdicia: q̃
pōt attēdi ſiue ſm̄ īoꝛdinatā emiſſionē q̄rū
cūq̄ȝ ſupfluitatū: uel ſpālr̃ q̄ztū ad emiſſiōꝫ
ſemis. Unde ſup illđ ad Eph. 5°. Fornicatio
aūt ⁊ oīs īmūdicia ⁊c̃ diċ glo. i. incōtinētia
ptinēs ad libidinē q̄cūq̄ȝ mō. ¶ Ad primuꝫ
ḡ dicēdū ꝙ leticia q̃ ē de actu pcti vľiter cō
ſeqť oē pctm̄: maxime qđ ꝓcedit ex habitu
ſꝫ leticia vaga icōpoſita q̃ h̃ diciť īepta ꝑci-
pue oriť ex īoꝛdinata ſūptiōe cibi uel potus
Siliť etiā dicēdū ꝙ hebetudo ſenſ⁹ q̄ztū ad
eligibilia cōiter īueniť in oī pctō: ſꝫ hebetu-
do ſenſ⁹ circa ſpeculabilia maxīe ꝓcedit ex
gula rōne iā dicta. Ad ſecūdū dicēdum ꝙ

ſ; vtilis ſit vomit⁹ p⁹ ſupfluā comeſtionem: tñ vitioſū ē ꝙ aliqs huic nccitati ſe ſubdat p īmoderātiā cibi vł potus:pōt tñ abſq; cul pa vomit⁹ ꝓcurari ex conſilio medicine ī re mediū alicuius languoris. ¶ Ad tertiu; dō ꝙ ſcurrilitas ꝓcedit qdē ex actu gule:nō āt ex actu luxurie:ſ; ei⁹ volūtate. ⁊ iō ad vtrūq; vitiū pōt pertinere.

# Einde ꝯſide

Orādū eſt de ſobrietate ⁊ vitio oppoſito .ſ. ebrietate. Et circa ſobrietatē querū tur q̄tuor. ¶ P̄ que ſit maťia ſobrietatis. 2° vtrū ſit ſpālis virtus. 3° vtr̄ vſus vini ſit licit⁹. ¶ 4° quib⁹ p̄cipue compe tat ſobrietas.

## Ad primum ſic pro

cediť. Videť ꝙ materia ſobrietatis non ſit potus. Dr̄.n.ad Ro.12°. Nō plus ſapere q̄ȝ oȝ ſape. ſ; ſape ptinet ad ſobrietatē. g̊ ſobrie tas eſt circa ſapiam ⁊ nō ſolū circa potum. ¶ P̄. Sap. 8° dr̄ de dei ſapia: ꝙ ſobrietatē ⁊ prudētiā docet:iuſticiā ⁊ v̄tutē:vbi ſobrie tatē ponit ꝓ tpantia. ſ; tpantia nō ſolū ē cir ca pot⁹. ſ; etiā circa cibos ⁊ venerea. g̊ ſobrie tas nō ē ſolū circa pot⁹. ¶ P̄. Nomē ſobrie tatis a mēſura ſūptū eē vr̄. ſ; ī oīb⁹ q̄ ad nos ptinēt debem⁹ mēſurā ſeruare:vt dr̄ ad Ti tū 2°. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ ī h̄ ſeclo. vbi diť glo. ſobrie in nob. ⁊.i. ad Thimo. 2°. dr̄. Mulieres ī hītu ornato. cū v̄ecūdia ⁊ ſo brietate ornātes ſe. ⁊ ſic vr̄ ſobrietas eē non ſolū ī iteriorib⁹. ſ; etiā ī hīs q̄ ptinēt ad exti orē hītū. nō g̊ ꝓpria maťia ſobrietatl ē pot⁹. ¶ Sȝ ꝯ ē qd̄ dr̄ Eccl. 31°. Equa vita hoīb⁹ vi nū in ſobrietate potatū. ¶ R̄° dō ꝙ virtutes que ab aliqua gnāli conditōe v̄tutis nomi nanť: illā materiā ſibi ſpālr̄ vendicant ī qua difficilimū ⁊ optimū ē conditōem ei⁹ obſer uare:ſic fortitudo picula mortl: ⁊ tpantia de lectatōes tact⁹. Nomē āt ſobrietatis ſumiť a mēſura:dr̄.n. aliqs ſobri⁹ q̄ſi briā .i. mēſu ram ſeruans. ⁊ iō illā materiā ſpāliter ſibi ſo brietas aſcribit in qua maxime laudabile ē mēſurā ſeruare. huiuſmōi aūt ē potus iebri are valēs: qꝛ ei⁹ vſus mēſurat⁹ multū ꝯfert. ⁊ modic⁹ exceſſus mltū ledit: qꝛ īpedit vſuȝ rōnis magis etiā q̄ȝ exceſſus cibi. Vñ Eccl 31°. Sanitas ē aīe ⁊ corpis ſobri⁹ pot⁹. Vinū multū potatū irritatōem ⁊ irā ⁊ ruinas mul tas facit. ⁊ iō ſpāliť ſobrietas attendiť circa potū: nō quēcūq; ſ; eū q ſua fumoſitate na tus ē caput ꝯturbare: ſic vinū ⁊ oē qd̄ iebria re pōt. Cōiter āt ſumēdo nomē ſobrietatis pōt in q̄cūq; maťia dici: ſic ⁊ ſ̄ dictuȝ eſt de fortitudine ⁊ tpantia. ¶ Ad p̄mū g̊ dicendū ꝙ ſic vinū maťiale inebriat corpaliť: ita etiā metaphorice ꝯſideratio ſapīe diciť pot⁹ ine briās ꝓpter h̄ ꝙ ſua delectatōe aiuȝ allicit ſm̄ illud p̄s. Calix meus iebriās q̄ȝ p̄clarus ē. ⁊ ideo circa contemplatōem ſapīe p ſiſitu dinē quādā ſobrietas dr̄. ¶ Ad ſecūdū di cēduȝ ꝙ oīa que ad tpantiā ꝓprie ptinēt ne ceſſaria ſūt p̄ñti vite. ⁊ iō in oīb⁹ neceſſariū ē adhibē mēſurā: qd̄ ptinet ad officiū ſobrie tatis ꝓpť qd̄ noīe ſobrietatl tpantia ſignifi cať: ſ; modic⁹ exceſſus ī potu plus nocet q̄ȝ in alijs. ⁊ iō ſobrietas ſpāliter eſt circa potū. ¶ Ad tertiū dō ꝙ q̄ȝuis mēſura in oīb⁹ re grať: nō tñ ſobrietas ꝓprie ī oībus dr̄: ſed ī quib⁹ mēſura ē maxime neceſſaria.

## Ad ſecunduȝ ſic pro

cediť. Vr̄ ꝙ ſobrietas nō ſit p ſe quedā ſpeci alis virtus. Abſtinētia.n. attendiť ⁊ circa ci bos ⁊ circa pot⁹. ſ; circa cibos nō ē ſpāliter aliq̄ ſpālis virtus. g̊ nec ſobrietas q̄ eſt circa potus ē aliq̄ ſpālis virt⁹. ¶ P̄. Abſtinētia et gula ſūt circa delectatōes tact⁹ inq̄ȝtū ſēſus eſt alimēti. ſ; cib⁹ ⁊ pot⁹ ſimul cedūt ī alimē tū. ſiť.n. indiget aīal nutriri humido ⁊ ſicco. g̊ ſobrietas que ē circa potū nō eſt ſpālis vir tus. ¶ P̄. Sic ī hīs q̄ ad nutritōeȝ ptinēt di ſtinguiť cib⁹ a potu: ita etiā diſtiguūť diuer ſa genera ciborū ⁊ diuerſa genera potuū. ſi g̊ ſobrietas eēt p ſe quedā ſpecialis virt⁹: vi deť ꝙ circa qualibet differētiā potus vł ci bi ſit quedā ſpālis v̄t⁹: qd̄ ē icōueniēs. nō g̊ vr̄ ꝙ ſobrietas ſit ſpālis virtus. ¶ Sȝ cōtra ē ꝙ Macrobi⁹ ponit ſobrietatē ſpālem par tē tpantie. ¶ R̄° dō ꝙ ſic ſ̄ dictū eſt: ad vir tutē moralē pertinet ꝯſeruare bonuȝ rōnis ꝯ ea qbus pōt impediri. ⁊ iō vbi inueniť ſpe ciale īpedimētū rōnis ibi neceſſe eſt eſſe ſpā lē v̄tutē ad illud remouēdū. pot⁹ āt iebriās hȝ ſpālē rōnē īpediēdi vſū rōis inq̄ȝtū .ſ. per turbat cerebrū ſua fumoſitate. et iō ad remo uēdū h̄ īpedimētū rōnis regriť ſpālis virt⁹ q̄ eſt ſobrietas. ¶ Ad p̄mū g̊ dicendū ꝙ cib⁹ et potus cōiter īpedire p̄ñt bonum rationis

abſorbēdo eā p̄ imoderātiam delectatōis. ⁊
q̄ɜtū ad hoc cōīt circa cibū ⁊ potū ē abſtinē
tia: ſɜ pot⁹ inebriare valēs impedit ſpāli rōe
vt dictū eſt. ⁊ iō requirit ſpālē v̄tutē. ¶ Ad
ſecūdū dicēdum q̄ v̄tus abſtinētie nō ē cir
ca cibos ⁊ pot⁹ inq̄ɜtū ſūt nutritiua. ſɜ inq̄ɜ-
tū impediūt rōem. ⁊ iō nō oɜ q̄ ſpālitas vir
tutis attēdat̄ ſm̄ rōem nutritōis ¶ Ad ter
tiū dō q̄ ī oībus potib⁹ iebriare valentib⁹
eſt vna ⁊ eadē rō impediēdi rōis vſū. ⁊ ſic il
la potuū diuerſitas p̄ accidēs ſe hɜ ad v̄tutē
⁊ ꝓpter hāc diuerſitatē v̄tutes nō diuerſifi
cant̄. Et eadē rō ē de diuerſitate ciboꝝ.

## Ad tertium ſic proce

dit̄. Videt̄ q̄ vſus vini totalr̄ ſit illicit⁹. Si
ne ſapiētia. n. nō pōt aliquis eē ī ſtatu ſalutꝪ
dr̄. n. Sap. 7°. Neminē diligit d̄s niſi eum
q̄ cū ſapiā inhītat. ⁊ in 9°. Per ſapiāɜ ſana
ti ſūt q̄cūq̄ɜ placuerūt tibi a p̄ncipio. ſɜ vſus
vini īpedit ſapiam. Dr̄. n. Eccl'iaſtes 2°. Co-
gitaui abſtrahere a vino carnē meā vt tranſ
ferrē aīum meū ad ſapiam. ḡ pot⁹ vini ē vni
uerſalr̄ illicit⁹. ¶ P̄. Ap'ls dic̄ ad Ro. 14°.
Bonū ē n̄ mādūcare carnē ⁊ nō bibē vinuɜ
neq̄ɜ ī q̄ fr̄ tuus offēdit̄ aut ſcādaliçat̄ aut in
firmat̄. ſɜ ceſſare a bono v̄tutꝪ ē vitioſū. ⁊ ſili
ter ſr̄ibus ſcādalū ponē. ḡ vti vino ē illicitū.
¶ P̄. Jero⁹ dicit q̄ vinū cū carnib⁹ poſt di
luuiū ē dedicatū. xp̄s āt venit ī fine ſcloꝝ ⁊
extremitatē retraxit ad p̄ncipiū. ḡ tp̄e xp̄ia
ne legis vr̄ eē illicitū vti vino ¶ Sed ɔ̄ ē q̄ð
ap'ls dic̄. i. ad Thimo. 5°. Noli adhuc aquaɜ
bibere: ſɜ modico vino vtē ꝓpter ſtomachū
tuū ⁊ īfirmitates freq̄ntes. ⁊ EccꝪ 31° dr̄. Ex
ultatio aīe ⁊ cordis vinū moderate potatū.
¶ R̄° dicēdū q̄ nullus cib⁹ vl̄ pot⁹ ſm̄ ſe cō
ſiderat⁹ eſt illicit⁹: ſm̄ ſnīam dn̄i dicētꝪ Ma
th. 15°. Nō q̄ð intrat ī os coīnquinat hoīem. ⁊
iō bibere vinū ſm̄ ſe loq̄ndo nō eſt illicituɜ
pōt tn̄ reddi illicitū per accidēs: q̄n̄q̄ɜ q̄dem
ex ɔditōe bibētis q̄ a vino de facili ledit̄: vl̄
qui ex ſpāli voto obligat̄ ad vinū nō biben-
dū. q̄n̄q̄ɜ aūt ex mō bibēdi: q̄ɜ. ſ. mēſurā ī bi
bēdo excedit. q̄n̄ɜ āt ex p̄te alioꝝ q̄ ex h̄ ſcan
daliçant̄. ¶ Ad p̄mū ḡ dō q̄ ſapiā pōt hēri
dupl̄r. Vno° ſm̄ modū cōeɜ ꝓut ſufficit ad
ſalutē. ⁊ ſic nō req̄rit̄ ad ſapiam hn̄dā q̄ ali
q̄s a vino oīo abſtīeat: ſɜ q̄ abſtīeat ab imo
derato vſu vini. Alio° ſm̄ quēdā p̄fectionis
gradū. ⁊ ſic req̄rit̄ ī aliquibus ad perfecte ſa
piētiam p̄cipiēdā q̄ oīo a vino abſtineāt. ſɜ
ɔditōes quarūdā p̄ſonaꝝ ⁊ locoꝝ. ¶ Ad ſe
cūdū dō q̄ ap'ls nō ſimpl̄r dicit bonū eē ab
ſtinere a vino. ſɜ ī caſu in q̄ ex h̄ aliqui ſcāda
lizātur. ¶ Ad tertiū dō q̄ xp̄s retrahit nos
a quibuſdā ſicut oīno illicitis. a q̄buſdā v̄o
ſicut ab īpedimētis p̄fectōis. ⁊ hoc mō retra
hit aliquos a vino ꝓpter ſtudiū p̄fectōis. ſic
a diuitijs ⁊ alijs huiuſmodi.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄. Videt̄ q̄ ſobrietas magis requirat̄ ī
maiorib⁹ p̄ſonis. Senect⁹. n. excellētiā quā
dā hōi preſtat. vnde ⁊ ſenib⁹ honoꝛ ⁊ reuerē
tia debet̄: ſm̄ illud LeuitꝪ. 19°. Corā cano ca
pite ɔſurge ⁊ honoꝛa p̄ſonam ſenis. ſɜ ap'ls
ſpālit̄ ſenes dicit eē ad ſobrietatē exhortan
dos: ſm̄ illud ad Titū 2°. Senes vt ſobrij
ſint. ḡ ſobrietas maxime req̄rit̄ in excellenti
bus p̄ſonis ¶ P̄. Ep̄s ī eccl'ia excellētiſſimū
ḡdū hɜ cui p̄ ap'lm indicit̄ ſobrietas: ſm̄ illō
i. ad Thimo. 3°. Opoꝛtet ep̄m irrep̄hēſibileɜ
eē: vni⁹ vxoris vir: ſobriū prudētē. ⁊c̄. ḡ ſobri
etas maxime req̄rit̄ ī p̄ſonis excellentibus.
¶ P̄. ſobrietas impoꝛtat abſtinētiā a vino.
ſɜ vinū intēdicit̄ regib⁹ qui tenēt ſūmū locū
ī humanis rebus. ɔcedit̄ aūt his q̄ ſūt in ſta
tu deſolatōis: ſm̄ illud ꝓuer. 31°. Noli regi
bus dare vinū. ⁊ poſtea ſubdit: date ſiceram
merētib⁹. ⁊ vinū his q̄ amaro aīo ſūt. ḡ ſobri
etas magis requirit̄ ī excellentibus p̄ſonis.
¶ Sɜ ɔ̄ ē q̄ð ap'ls dic̄. i. ad Thimo. 3°. Mu
lieres ſil̄r pudicas: ſobrias. ⁊c̄. ⁊ ad Titū 2°.
dr̄. Juuenes ſil̄r hoꝛtare vt ſobrij ſint. ¶ R̄°
dō q̄ v̄tus hēt hītudinē ad duo. Vno q̄deɜ
mō ad ɔ̄ria vitia q̄ excludit: ⁊ cōcupiſcētias
quas refrenat. Alio mō ad finē ī quē p̄ducit
Sic ḡ aliq̄ v̄tus magis req̄rit̄ ī aliq̄bus du
plici rōne. Vno° q̄ɜ in eis eſt maioꝛ ꝓnitas
ad ɔcupiſcētias quas oɜ p̄ v̄tutē refrenari: ⁊
ad vitia que p̄ virtutē tollūtur. ⁊ ſm̄ h̄ ſobrie
tas maxīe requirit̄ in iuuenib⁹ ⁊ mulierib⁹:
q̄ɜ in iuuenib⁹ viget ɔcupiſcētia delectabilis
ꝓpt̄ feruoꝛē etatis: ī mulierib⁹ āt nō ē ſuffi
ciens robur mētis ad h̄ q̄ ɔcupiſcētijs reſi
ſtāt. Vn̄ hɜ maximū Valeriū: mulieres apō
romanos ātiq̄tus nō bibebāt vinū. Alio v̄o
mō ſobrietas magis requirit̄ ī aliq̄b⁹: vt p̄o
te magꝪ neceſſaria ad ꝓpriā operatōem ipſo
rū. vinū āt imoderate ſūptū p̄cipue impedit
vſū rōis: ⁊ iō ſenib⁹ ī q̄b⁹ rō dɜ vigē ad alioꝝ

eruditōem ꝛ epis ſeu quibuſlibet eccl'ie mini ſtris q mente deuota debēt ſpūalib⁹ officys īſiſtere ꝛ regib⁹ q p ſapiam debēt ppl'm ſub/ ditū gubernare ſpāliť ſobrietas īdiciť. Et p hoc pȝ rñſio ad obiecta.

Einde ꝯſide rādū ē de ebrietate. Et circa h̄ querūť q̄tuoꝛ. p̄ vtrū ebrietas ſit pctm̄. 2° vtruȝ ſit peccatū mortale. 3° vtrū ſit grauiſſimū peccatorum. 4° vtruȝ excu ſet a peccato.

## Ad primum ſic pro

cediť. Videť q̄ ebrietas nō ſit peccatū. Oē .n. pctm̄ hȝ aliud pctm̄ ſibi oppoſitū ſic timi/ ditati audacia. ꝛ puſillanimitati preſūptio opponitur. ſȝ ebrietati nullū pctm̄ opponiť. g̊ ebrietas nō eſt pctm̄. ¶ P̄. Oē pctm̄ ē vo lūtariū. ſed nullus vl't eē ebri⁹: q2 nullus vl't p̄uari vſu rōnis. g̊ ebrietas nō ē pctm̄. ¶ P̄. Quicūqȝ ē alteri rō peccādi peccat. ſi g̊ ebrie tas eēt pctm̄ ſequereť q̄ illi q alios inuitāt ad potū q̊ inebriāť peccarēt: qd̄ vr̄ eē valde durꝝ. ¶ P̄. Oibus pctis correctio debeť. ſed ebrys nō adhibeť correctio: diċ. n. Greg⁹ q̄ cū venia ſuo ingenio ſūt relinq̄ndi ne deteri ores fiāt ſi a tali ꝯſuetudine euellāť. g̊ ebrie tas nō eſt pctm̄. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē qd̄ ap'ls dicit ad Ro. 13°. Nō in ꝯmeſſatōib⁹ ꝛ ebrietatibus. ¶ R° dō q̄ ebrietas dupl'r pōt accipi. Uno° put ſigt ipm defectū hois q accidit ex mlto vino potato: ex q̊ fit vt nō ſit ꝯpos rōnis. ꝛ ſꝫ h̄ ebrietas non noiat culpā: ſȝ defectū pena lē ꝯſeq̄ntē ex culpa. Alio° ebrietas pōt noia re actū q̊ quis ī hūc defectū īcidit: q pōt cau ſare ebrietatē dupl'r. Uno° ex nimia vini foꝛ titudine p̄ter opinionē bibētis. ꝛ ſic etiā ebri etas pōt accidē ſine pctō: p̄cipue ſi non ex ne gligētia hois ꝯtingat. ꝛ ſic crediť Noe īebri atus fuiſſe: vt legiť Geñ. 9°. Alio mō ex inoꝛ dinata ꝯcupiſcētia ꝛ vſu vini: ꝛ ſic ebrietas poniť eſſe pctm̄. ꝛ contineť ſub gula ſic ſpe cies ſub genere. Diuidiť. n. gula ī ꝯmeſſatio nē ꝛ ebrietatē q̊ ꝓhibet ap'ls in auctoritate inducta. ¶ Ad p̄mū g̊ dō q̄ ſicut ph̄s dicit 13° ethicoꝝ: īſenſibilitas que opponiť tpan/ tie nō multū ꝯtingit. ꝛ iō tam ipa q̄ȝ oēs ei⁹ ſpēs que opponūť diuerſis ſpēbus tpantie noīe carent. vñ ꝛ vitiū qd̄ opponiť ebrietati īnoīatū eſt. ꝛ tñ ſi qs ſciēter intātū a vino ab ſtineret vt nāām multū g̊uaret: a culpa immu/ nis nō eēt. ¶ Ad ſecundū dō q̄ obiectio illa ꝓcedit de defectu ꝯſequēti q ē inolūta/ rius: ſȝ imoderat⁹ vſus vini ē volūtarius ī q̊ peccati rō ꝯſiſtit. ¶ Ad tͥiū dō q̄ ſicut ille q inebriať excuſať a peccato ſi ignorat foꝛtitu dinē vini: ita etiā ille q inuitat aliquē ad bi bēdū excuſať a pctō ſi ignoraret talē eē ꝯdi tōem bibentis vt ex h̄ potu inebrieť. ſȝ ſi ig/ rātia deſit neuť a pctō excuſať. Ad q̊rtum dō q̄ aliquādo correctio peccatoris ē inter mittēda ne fiat inde deterioꝛ vt ſ̄ dictū eſt. Uñ Aug⁹ diċ ī ep'la ad Aureliū epm̄ de com meſſatōib⁹ ꝛ ebrietatib⁹ loq̄ns. Nō aſpere q̄ȝtuȝ eſtimo nō dure ñ īpetuoſe iſta tolluť. ſȝ magl docēdo q̄ȝ iubēdo: magl monēdo q̄ȝ mināndo. ſic. n. agēdū ē ī multitudine peccan tiū. ſeueritas aūt exercēda eſt ī pctō paucoꝝ

## Ad ſecunduȝ ſic pro

cediť. Videť q̄ ebrietas nō ſit pctm̄ moꝛta/ le. Aug⁹. n. ī ſmone de purgatorio: diċ ebrie tatē eē pctm̄ moꝛtale ſi ſit aſſidua. ſȝ aſſidui tas īpoꝛtat circūſtātiā que nō trahit ī aliam ſpēm pcti: ꝛ ſic nō pōt ī īfinitū aggrauare vt de veniali faciat moꝛtale: ſicut ex ſ̄ dictl pȝ. g̊ ſi al'ť ebrietas nō ē pctm̄ moꝛtale nec etiaȝ hoc mō erit peccatū moꝛtale. ¶ P̄. Aug⁹ dicit ī eodē ſermone. Quotiēs aliquis in ci bo aut potu plus accipit q̄ȝ neceſſe ē ad mi nuta peccata nouerit ꝑtinere. pctā āt minu/ ta dicunť venialia. g̊ ebrietas que cauſať ex īmoderato potu ē pctm̄ veniale. ¶ P̄. Nul lū pctm̄ moꝛtale ē faciēdū ꝓpť medicinā. ſȝ aliq ſupflue bibūt ſm ꝯſiliū medicie vt po/ ſtea p vomitū purgēť. ꝛ ex h̄ ſupfluo potu ſe quiť ebrietas. g̊ ebrietas ñ ē pctm̄ moꝛtale. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē qd̄ ī canonib⁹ apoſtoloꝝ legitur. Ep̄s aut pſ bͥter aut diacon⁹ alee aut ebrie tati defuiēs: aut deſinat aut deponať. Sub diacon⁹ āt aut lectoꝛ aut cātoꝛ ſi'lia faciens: aut deſinat aut cōione p̄ueť: ſil'r ꝛ laic⁹. ſȝ ta les pene nō infliguntť niſi ꝓ pctō moꝛtali. g̊ ebrietas ē pctm̄ moꝛtale. ¶ R° dō q̄ culpa ebrietatl ſic dictū ē ꝯſiſtit ī īoꝛdinato vſu ꝛ ꝯcupiſcētia vini. Hoc āt ꝯtingit eſſe tripl'r. Uno° ſic q̄ neſciat potū eē īmoderatū ꝛ in ebriare potētem. ꝛ ſic ebrietas pōt accipi ſi ne pctō vt dictū ē. Alio° ſic q̄ aliqs ꝑcipiat potū eē īmoderatuȝ: non tñ eſtimat potum

iebꝛiare potētē. ⁊ ſic ebꝛietas pōt eē cū pec/
cato veniali. 3° mō pōt eē ꝙ aliqs bñ aduer
tat potū eē īmoderatū et inebꝛiātē: et tñ ma
gis vlt ebꝛietatē īcurrē ꝙ̃ a potu abſtinē. et
talis ꝓꝓꝛie dr̃ ebꝛius: qꝛ moꝛalia accipiunt
ſpēm nō ab his q̄ p accidēs eueniūt ꝑter itē
tionē ſ; ab eo qđ ē p ſe intētū. ⁊ ſic ebꝛietas
ē pctm̄ moꝛtale: qꝛ ſm̄ h̄ hō volēs et ſciens
ꝑuat ſe vſu rōnis q̄ ſm̄ v̓tutē operaṫ et pec
cata declinat: et ſic peccat moꝛtalr̄ piclo pec
cādi ſe ꝯmittēs. Dic̄. n. Amb° ī li° de pr̄iarch
Uitādā dicim⁹ ebꝛietatē p quā vitia cauē ñ
poſſum⁹. nā q̄ ſobꝛij cauem⁹ p ebꝛietatē iꝗ
rātes cōmittim⁹. vñ ebꝛietas p ſe loq̄ndo eſt
pctm̄ moꝛtale. ¶ Ad pmū ḡ dicendū ꝙ aſſi
duitas facit ebꝛietatē eē pctm̄ moꝛtale: non
ꝓpt̄ ſolā iteratōem act⁹. ſ; q₂ nō pōt eē ꝙ
hō aſſidue iebꝛieṫ qn ſciēs et volēs ebꝛieta
tē icurrat: dū mlt̄otiēs expiṫ foꝛtitudinē vi
ni et ſuā abilitatē ad ebꝛietatē. ¶ Ad ſcđm
dō ꝙ plus ſumere in cibo vl̓ potu ꝙ̃ neceſſe
ē ꝑtinet ad vitiū gule q̄ nō ſp ē pctm̄ moꝛta
le: ſ; plus ſumē in potu ſciēter vſq₃ ad ebꝛie
tatē hoc ē pctm̄ moꝛtale. Uñ Aug⁹ dic̄ ī. 10.
ꝯfeſ. Ebꝛietas lōge eſt a me: miſereberis ne
appꝛopinquet mihi. crapula aūt nonnunꝗ̃
ſubrepſit ſeruo tuo. ¶ Ad tertiū dō ꝙ ſicut
ſ̄ dictū ē: cibus et pot⁹ ē moderādus ſm̄ ꝙ
cōpetit coꝛpis valitudini. et ideo ſicut qñq₃
ꝯtingit vt cibus vl̓ pot⁹ q ē moderatus ſano
ſit ſupfluus īfirmo: ita etiā pōt ecōuerſo cō
tingere vt ille q ē ſupfluus ſano ſit modera
tus infirmo. ⁊ h̄ mō cū aliqs mltū comedat
vel bibat ſm̄ ꝯſiliū medicine ad vomitū pꝛo
uocādū: nō eſt reputādus ſupfluus cib⁹ vel
potus. nec tñ ad vomitū ꝓuocādū reqriṫ ꝙ
ſit pot⁹ iebꝛiās: qꝛ etiā potus aque tepide vo
mitū cāt. ⁊ iō ꝓpt̄ hāc cām non excuſaretur
aliquis ab ebꝛietate.

## Ad tertium ſic pꝛoce

diṫ. Uideṫ ꝙ ebꝛietas ſit grauiſſimū pecca
toꝝ. Dic̄. n. Criſo⁹. ꝙ nihil ita ē demoniacū
ſic ebꝛietas ⁊ laſciuia q̄ ē maṫ oium vitioꝝ
⁊ ī decre. dr̄ diſ. 35. Añ oia clericꝭ vetaṫ ebꝛie
tas q̄ oium vitioꝝ radix ⁊ nutrix ē. ¶ P̄. Ex
h̄ dr̄ aliqđ eē pctm̄ ꝙ bonū rōis excludit. ſ;
h̄ maxime facit ebꝛietas. ḡ ebꝛietas ē maxi
mū pctōꝝ. ¶ P̄. Magnitudo culpe ex ma/
gnitudine pene oñdiṫ. ſ; ebꝛietas vr̄ eē maxi
me punita: dic̄. n. Amb° ꝙ nō eēt ī hoīe ſer
uitus ſi nō fuiſſet ebꝛietas. ḡ ebꝛietas ē maxi
mū pctōꝝ. ¶ S; ꝯ ē ꝙ ſm̄ Gregi vitia ſpūa
lia ſūt maioꝛa ꝙ̃ carnalia. ſed ebꝛietas ꝯtine
tur inṫ vitia carnalia. ḡ nō eſt maximū pec/
catoꝝ. ¶ R° dicēdū ꝙ ex h̄ dr̄ aliquid eē ma
lū ꝙ ꝑuat bonū. vñ quāto maius ē bonū qđ
ꝑuaṫ p malū: tāto malū graui⁹ ē. Manifeſtū
eſt āt ꝙ bonū diuinū ē maiuſ ꝙ̃ bonū huma
nū. ⁊ iō pctā que ſūt directe ꝯ deū ſūt ḡuioꝛa
peccato ebꝛietatꝭ: qđ directe opponiṫ bono
rōis humane. ¶ Ad pimū ḡ dō ꝙ ad pctā in
ꝑpātie maxīe hō h₃ ꝓnitatē ꝑꝑ h̄ ꝙ h⁹ ī con
cupīe ⁊ dlectatōes ꝯnāles nob̄ ſt. ⁊ ꝑ₃ h̄ dnr̄
huiuſmōi pctā eē maxime amica diabolo:
nō qꝛ ſint alijs grauioꝛa: ſ; qꝛ ſūt apđ hoīes
frequētioꝛa. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ bonū rōis
impediṫ dupl̓r. Uno mō p id qđ eſt ꝯ̃riū
rōni. Alio modo p id qđ aufert vſum rōnis.
plus aūt h₃ de rōne mali id qđ ꝯ̃riaṫ rōni ꝙ̃
qđ ad hoꝛā vſū rōnis aufert. Uſus. n. rōnis
pōt eē ⁊ bonus ⁊ malus q tolliṫ p ebꝛietatē
ſ; bona v̓tutū que tollūṫ p ea que ꝯ̃riāṫ rōni
ſūt ſp bona. ¶ Ad tertiū dō ꝙ ſuitus eſt cō
ſecuta ex ebꝛietate occaſionalr̄ iquātū Chā
maledictōem ſuitutꝭ ī ſua poſteritate acce
pit p h̄ ꝙ irriſit partē inebꝛiatū: nō aūt ſerui
tus fuit directe pena ebꝛietatis.

## Ad quartum ſic pꝛo

cediṫ. Ur̄ ꝙ ebꝛietas nō excuſet a pctō. Dic̄
. n. phs ī 4° ethicoꝝ. ꝙ ebꝛius mereṫ dupli/
ces maledictōes. ḡ ebꝛietas magis aggṳat
pctm̄ ꝙ̃ excuſet. ¶ P̄. Nō excuſaṫ pctm̄ per
pctm̄ ſ; magis augeṫ. ebꝛietas āt ē pctm̄. ḡ ñ
excuſat a pctō. ¶ P̄. phs dic̄ ī 6° ethicoꝝ ꝙ ſi
cut rō hoīs ligaṫ p ebꝛietatē: ita ligaṫ p ꝯcu/
piſcētiā. ſ; ꝯcupiſcētia nō excuſat a peccato
ḡ etiā neq₃ ebꝛietas. ¶ Sed ꝯ ē ꝙ Loth ex
cuſaṫ ab inceſtu ꝓpter ebꝛietatē: vt Aug⁹ di
cit ꝯ Fauſtū. ¶ R° dō ꝙ ī ebꝛietate duo attē
duntṫ ſicut dictū ē. ſ. defect⁹ ꝯſequēs ⁊ act⁹
ꝑcedens. Ex pte aūt defectus cōſequētis in
q̄ ligaṫ vſus rōnis: ebꝛietas h₃ excuſare a pec
cato inquātū cāt īuolūtariū p ignoꝛātiā. S;
ex parte actus ꝑcedētis vr̄ eē diſtinguēdū:
qꝛ ſi ex actu illo ꝑcedente ſubſecuta eſt ebꝛie
tas ſine pctō: tūc pctm̄ ſequēs totalr̄ excuſa
tur a culpa ſicut foꝛte accidit de Loth. ſi aūt
actus ꝑcedēs fuit culpabilis: ſic nō totalr̄ ali
quis excuſatur a peccato ſequēti: qđ. ſ. red
ditur volūtarium ex volūtate pꝛecedentis

actus inquãtum.ſ.aliquis dans operaꝫ rei
illicite icidit i ſequẽs pctm̃.diminuit tñ pec
catũ ſeq̃ns ſicut ⁊ diminuit rõ volũtarij. Unñ
Aug⁹ dic ꝯ Fauſtũ: ꝙ Loth culpãdus ẽ non
q̃tũ ille iceſt⁹: ſꝫ q̃tũ ebrietas meruit. ¶ Ad
pmũ ģ dõ ꝙ phs ñ dic ꝙ mẽatᷣ ğuiorẽ ma
ledictõem ebri⁹: ſꝫ ꝙ mereatᷣ duplicẽ maledi
ctõem ppᷓ duplex pctm̃. Uel põt dici ꝙ loq
tur ſꝫ legẽ cuiuſdã pictaci: q vt dᷣ i 2° polit
ſtatuit ꝙ ebrij ſi pcuterẽt plus punireñᷣ q̃ ſo
brij qa pluries iniuriantᷣ: i q̃ vt Ariſtoteles
ibidẽ dic vr̃ magis reſpexiſſe ad vtilitatẽ .ſ.
vt cohiberẽtᷣ iniurie q̃ ad veniã quã opꝫ ha
bere de ebrijs. ppᷓ hoc ꝙ nõ ſũt ſui cõpotes
¶ Ad ſcõm dõ ꝙ ebrietas hẽt excuſare pec
catũ: nõ ex pte q̃ ẽ pctm̃. ſꝫ ex pte defect⁹ con
ſeq̃ntis vt dictũ ẽ. ¶ Ad tertiũ dõ ꝙ ꝯcupi
ſcẽtia nõ totalr̃ ligat rõnẽ ſicut ebrietas: niſi
forte ſit tãta ꝙ faciat hoiem iſanire. ⁊ tñ paſ
ſio ꝯcupiſcẽtie diminuit pctm̃: qꝛ leuius eſt
ex ifirmitate q̃ ex malitia peccare.

D Einde ꝯſide
randũ eſt de caſtitate. ¶ Et
p̊ de ipa ṽtute caſtitatᷝ. 2°
de ṽginitate que eſt ps caſti
tatis. 3° de luxuria que ẽ vi
tiũ oppoſitũ. Circa pmũ querũtᷣ q̃tuoꝛ. p̊
vtrũ caſtitas ſit virtus. 2° vtrũ ſit virt⁹ gnã
lis. 3° vtrũ ſit ṽtus diſtincta ab abſtinẽtia.
4° quõ ſe hẽat ad pudicitiã.

## Ad primum ſic pro

cedᷣ. Uidetᷣ ꝙ caſtitas nõ ſit ṽt⁹. Loqmur
.n. nũc de ṽtute aĩe. ſed caſtitas videtᷣ ad coꝛ
pus ptinẽ: dᷣ.n. aliqs caſtus ex eo ꝙ aliq̃lᷣ
ſe hẽt ad vſũ q̃rũdã coꝛporis ptiũ. ģ caſtitas
nõ eſt ṽtus. ¶ P̃. Uirt⁹ ẽ habitus volunta
rius: vt dᷣ in 2° ethicoꝝ. ſed caſtitas nõ vr̃ eẽ
aliqd volũtariũ cũ p violentiã auferri videa
tur mulierib⁹ violẽt oppſſis. ģ vr̃ ꝙ caſtitas
nõ ſit ṽtus. ¶ P̃. Nulla virt⁹ ẽ in infidelib⁹.
ſed aliq infideles ſũt caſti. nõ ģ caſtitas eſt
ṽtus. ¶ P̃. Fruct⁹ a ṽtutib⁹ diſtinguũtur.
ſꝫ caſtitas intᷣ fruct⁹ ponitᷣ: vt pꝫ ad Gal. 5°. ģ
caſtitas nõ ẽ virtus. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qd Aug⁹ dic
i li° d dec ẽ chordis. Cũ debeas i ṽtute pcedẽ
vxoꝛem qm̃ caſtitas eſt virtus: tu ſub vno
impetu libidinis cadis: ⁊ vis vxoꝛem tuam
eſſe victricem. ¶ R° dõ ꝙ nomẽ caſtitatis
ſumitᷣ ex hoc ꝙ p rõeꝫ ꝯcupiſcẽtia caſtigatᷣ
que ad modũ pueri ẽ refrenãda: vt patꝫ per
phm i 3° ethicoꝝ. In h̃ aũt rõ virtutis hũane
ꝯſiſtit ꝙ ſit aliqd ſm rõeꝫ modificatũ: vt ex
ſ dictis pꝫ. vñ mani eſtũ ẽ caſtitatẽ eẽ ṽtutẽ
¶ Ad pmũ ģ dõ ꝙ caſtitas ꝯſiſtit qdẽ in aĩa
ſicut i ſubõ. ſꝫ materiã hẽt i coꝛpe. ptinet .n.
ad caſtitatẽ: vt ſm iudiciũ rõnis ⁊ electõnẽ
volũtatᷝ aliqs moderate vtatᷣ coꝛpalib⁹ mẽ
bris. ¶ Ad ſecundũ dõ ꝙ ſicut Aug⁹ dicit
in p̊ de ciui. dei: pposito animi pmanẽte per
qd etiã coꝛp⁹ ſanctificari meruit: nec ipi coꝛ
poꝛi aufert ſanctitatẽ violẽtia libidinis alie
ne quã ſuat pſeuerãtia ꝯtinẽtie ſue. Et ibiđ
dicit ꝙ ẽ ṽtus aĩ que comitẽ hꝫ foꝛtitudinẽ
qua potius quelibet mala tolerare q̃ malo
ꝯſentire decreuit. ¶ Ad tũ dõ ꝙ ſicut Au
g⁹ dicit in 4° ꝯ Julianũ: abſit vt ſit in aliquo
vera virt⁹ niſi fuerit iuſt⁹: abſit aũt vt ſit iuſt⁹
vere niſi viuat ex fide. Et iõ ꝯcludit ꝙ i ifide
libus neq̈ ẽ vere caſtitas neq̈ aliq̃ alia ṽtuſ
qꝛ.ſ. nõ referũtᷣ ad dbitũ finẽ. Et ſicut ibidẽ
ſubdit. nõ officijs .i. actibus: ſꝫ finib⁹ a vitijs
diſcernũtur ṽtutes. ¶ Ad q̃rtum dõ ꝙ caſti
tas inquãtũ eſt qdẽ ſm rõem operãs: habet
rõem ṽtutis. inquãtũ aũt hꝫ delectatõem in
ſuo actu: cõnumeratᷣ intᷣ fructus.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cedᷣ. Uidetᷣ ꝙ caſtitas ſit ṽtus gnãlis. Dic
.n. Aug⁹ in li° de mẽdacio ꝙ caſtitas aĩ eſt
oꝛdinat⁹ aĩ motus nõ ſubdẽs maioꝛa mino
rib⁹. ſꝫ hoc ptinet ad q̃lĩbꝫ ṽtutẽ. ģ caſti
tas ẽ gnãlis ṽtus. ¶ P̃. Nomẽ caſtitatᷝ a ca
ſtigatõe ſumitᷣ. ſed q̃libꝫ mot⁹ appetitiue ptᷝ
dꝫ caſtigari a rõe. cũ ģ ꝑ quãlibet ṽtutẽ mo
ralẽ refrenetᷣ aliqs appetitiu⁹ mot⁹. videtᷣ ꝙ
q̃libꝫ ṽt⁹ moꝛalis ſit caſtitas. ¶ P̃. Caſtitati
foꝛnicatio opponitᷣ. ſed foꝛnicatio vr̃ ad oẽ
genus pctĩ ptinere: dᷣ .n. in ps. Perdes oẽs
q foꝛnicãtᷣ abſ te. ģ caſtitas ẽ gnãlis virtus.
¶ Sꝫ ꝯ ẽ ꝙ Macrobius ponit eã ptẽ tpan
tie. ¶ R° dõ ꝙ nomẽ caſtitatis duplr̃ acci
pitᷣ. Uno⁰ ppe ⁊ ſic ẽ ſpãlis ṽtus habẽs ſpã
lẽ nãm.ſ. cõcupias delectabiliũ q̃ ſũt i vene
reis. Alio⁰ nomẽ caſtitatis accipitᷣ metapho
rice. Sic.n. i coꝛpoꝛis ꝯmixtione cõſiſtit de
lectatio venereoꝝ: circa quã ppꝛie ẽ caſtitaſ
⁊ oppſitũ vitiũ.ſ. luxuria: ita etiã in q̃dam
ſpũali ꝯiũctõe mẽtis ad res aliq̃s ꝯſiſtit que
dam delectatio circa quã eſt q̃dã ſpũalis ca
ſtitas metapboꝛice dicta: vel etiam ſpũalis

foznicatio ſiſr metaphozice dicta. Si.n.mēs
hoīs delectet in ſpūali ꝯiunctōe ad id cui dʒ
ꝯiungi.ſ.ad deū:ꝛ abſtinet ſe ne delectabilr
alijs ꝯiungat ꝯ debitū diuini ozdis: dicet
caſtitas ſpūalis:ſm illud.2. ad Coꝛ.xiº. De
ſpondi vos vni viro virginē caſtā exhibere
xpo. Si aūt delectabilr ꝯ debitū diuini ozdi
nis ꝯiūgat mēs qbuſcūqꝫ alijs rebꝰ:dicetur
foznicatio ſpūalis:ſm illud Jere.3º. Tu aūt
foznicata es cū amatozibꝰ multis. ꝛ h̄ mō ac
cipiēdo caſtitatē:caſtitas ē gnālis ṽtus: qa
ꝑ quālibꝫ ṽtutē retrahit mēs humana ne re
bus illicitis delectabilr ꝯiungat. pncipalit
tn̄ rō huiꝰ caſtitatis ꝯſiſtit in charitate ꝛ in
alijs virtutibꝰ theologicis qbus mens hoīs
ꝯiūgit dō. ¶ Ad pmū g̃ dō ꝙ rō illa ꝓcedit
ꝺ caſtitate metaphozice dc̄a. ¶ Ad ſecūduʒ
dō ꝙ ſicut ſ̄ dictū eſt:ꝯcupiſcētia delecta
bilis maxime aſſimilat puero: eo ꝙ appeti
tus delectabilis ē nobis ꝯnaturalis: ꝛ preci
pue delectabiliū ſm tactū que ozdinātur ad
ꝯſeruatōem nāe. ꝛ inde eſt ꝙ ſi nutriat hoꝝ
delectabiliū ꝯcupia ꝑ h̄ ꝙ ei ꝯſentiat maxi
me augetꝛ:ſicut puer q ſue volūtati relinqt.
ꝛ ſic ꝯcupia hoꝝ delectabiliū maxime idigꝫ
caſtigari:ꝛ iō circa huiuſmodi ꝯcupias an
thonomatice dicit caſtitas: ſicut ꝛ foztitu
do ē circa ea:in qbus maxime indigemꝰ aī
firmitate. ¶ Ad tertiū dō ꝙ rō illa ꝓcedit ꝺ
foznicatōe ſpūali metaphozice dicta q̄ oppo
nit caſtitati ſpūali:vt dictū eſt.

## Ad tertiuʒ ſic proce

dit. Videt ꝙ caſtitas non ſit ṽtus diſtincta
ab abſtinētia. Quia circa materiā vniꝰ gnīs
ſufficit vna ṽtus. ſʒ vniꝰ generis vident eē q̄
ptinēt ad vnū ſenſuʒ. cū g̃ delectatio ciboꝝ
circa quā ē abſtinētia:ꝛ delectatio venereo
rū circa quā ē caſtitas:ptineāt ad tactuʒ vr
ꝙ caſtitas nō ſit alia virtus ab abſtinentia.
¶ P. Phs in 4º.ethicoꝝ.oīa vitia ītpantie
aſſimilat puerilibꝰ pctīs q̄ caſtigatiōe indi
gent. ſʒ caſtitas noīat a caſtigatōe vitioꝝ op
poſitoꝝ. g̃ cū per abſtinētiā cohibeat quedā
vitia intpantie:vr ꝙ abſtinentia ſit caſtitas.
¶ P. Delectatōes alioꝝ ſenſuū ptinēt ad tē
perātiā inq̄tū ozdinant ad delectatōem ta
ctꝰ circa q̄s ē tpantia. ſʒ delectatōes ciboꝝ
circa q̄s eſt abſtinētia ozdinant ad delecta
tiōes venereoꝝ circa q̄s ē caſtitas. Vn̄ dicit
Jeroꝰ. Venter ꝛ genitalia ſibimetipis vicīa

ſūt vt ex vicinitate mēbꝛoꝝ ꝯfederatio intel
ligat vitioꝝ. g̃ abſtinētia ꝛ caſtitas nō ſūt vir
tutes ab inuicē diſtincte. ¶ Sʒ ꝯ ē ꝙ Apl's
2.ad Coꝛ.6º.ꝯnumerat caſtitateʒ ieiunijs
que ad abſtinētiā pertinēt. ¶ Rº dō ꝙ ſicut
dictū ē:tpantia eſt ꝓpe circa ꝯcupias dele
ctabiliū tactꝰ. ꝛ iō oʒ vt vbi ſūt diuerſe rōnes
delectatōis:ibi ſint diuēſe virtutes ſub tem
perātia ꝯphenſe. delectatōes aūt ꝓpoztionā
tur operatōibus quaꝝ ſūt perfectōes: vt dr
9º ethicoꝝ. Manifeſtū eſt aūt ꝙ alteriꝰ ge
neris ſunt opatōes ptinētes ad vſuʒ ciboꝝ
qbus natura īdiuidui ꝯſuat. ꝛ opatōes pti
nētes ad vſū venereoꝝ qbꝰ ꝯſeruat nā ſpēi.
ꝛ iō caſtitas que eſt circa delectatōes vene
reoꝝ ē virtus diſticta ab abſtinētia q̄ ē circa
delectatōes ciboꝝ. ¶ Ad primū g̃ dicendū
ꝙ tpantia nō ꝯſiſtit pncipalr circa delecta
tiones tactꝰ q̄tū ad iudiciū ſenſus de tāgi
bilibꝰ qḋ eſt eiuſdē rōnis in oībus: ſʒ q̄tum
ad ipm vſū tangibiliū:vt dr ī 3º ethicoꝝ. Eſt
aūt alia rō vtēdi cibis ꝛ potibus ꝛ venereis.
ꝛ iō oʒ eē diuerſas ṽtutes:lʒ ſint vnius ſēſus
¶ Ad ſecūdū dicēduʒ ꝙ delectatōes vene
ree ſūt vehemētiozes ꝛ magis opprimentes
rōem q̄ʒ delectatōes ciboꝝ:ꝛ ꝓpter hoc ma
gis indigēt caſtigatōe ꝛ refrenatōe. qꝛ ſi eis
ꝯſentiat magis ex h̄ īcreſcit vis ꝯcupiſcen
tie:ꝛ deijcit virtꝰ mētis. Vn̄ Augꝰ dicit in ꝑ
ſolilogoꝝ. Nihil eē ſentio qḋ magis ex arte
deijciat aīum virilē q̄ʒ blādimenta femine:
cozpozūqꝫ ille ꝯtactꝰ ſine quo vxoꝛ hēri nō
pōt. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ delectatōes ali
oꝛū ſenſuū nō ptinēt ad nāʒ hoīs ꝯſeruādaʒ
niſi ꝓut ozdināt ad delectabilia tactꝰ. ꝛ ideo
circa huiuſmōi delectatōes n̄ ē aliq̄ alia vir
tus ſub tpātia ꝯprehēſa. ſʒ ꝺlectatōes ciboꝝ
q̄uis aliq̄lit ozdinētur ad delectatōes vene
reoꝝ:tn̄ etiā ꝑ ſe ozdinātur ad vitā hoīs ꝯſer
uādā. ꝛ iō etiā ꝑ ſe hn̄t ſpālē ṽtutē:q̄uis illa
ṽtus q̄ abſtinentia dr ozdinet actū ſuū ad fi
nem caſtitatis.

## Ad quartum ſic pro

cedit. Videt ꝙ pudicitia nō ptineat ſpāliter
ad caſtitatē. Dic.n. Augꝰ in ꝑ de ciui.dei. ꝙ
pudicitia ē quedā ṽtꝰ aīe:nō g̃ ē aliqd ad ca
ſtitatē ptinēs. ſʒ ē ꝑ ſeipam ṽtꝰ a caſtitate di
ſtincta. ¶ P. Pudicitia a pudoze dr qui vi
det idē eē ṽecundie. ſʒ verecundia ſm Da
maſcenū ē de turpi actu: qḋ conuenit omni

actui vitioſo. ḡ pudicitia nō magis pertinet ad caſtitatē q̄z ad alias virtutes. ¶ P̄. Ph̄s dic̄ i 3° ethicoꝝ: ꝙ oīs intpantia gnālr̄ ē maxime exprobrabilis: ſ3 ad pudicitiā ptinē vr̄ fugere ea q̄ exprobrabilia ſūt. ḡ pudicitia ptinet ad oēs partes tpātie: n̄ āt ſpālr̄ ad caſtitatē. ¶ Sed ꝯ eſt qḋ Aug° dic̄ i li° de pſeuerātia. Predicāda ē etiā3 pudicitia vt ab eo q h̄et aures audiēdi nihil genitalib° mēbris illicitū ppetretur. ſ3 vſus genitaliū mēbroꝝ ṗṗe ptiet ad caſtitatē. ḡ pudicitia ṗṗe ad caſtitatē ptinet ¶ R° dō ꝙ ſic dictū ē: nom̄ pudicitie a pudore ſumit̄: i q̄ verecundia ſign̄tur. ꝛ iō o3 ꝙ pudicitia ṗṗe ſit circa illa de qb° homies maxie verecūdat̄. Maxie āt verecūdātur hoies d̄ actib° venereis: vt Aug° dic̄ i 4° de ciui. dei. itātū ꝙ etiā cōcubit° cōiugalis qui honeſtate nuptiaꝝ decorat̄ verecūdia nō careat. ꝛ h̄ iō qa mot° genitaliū mēbroꝝ nō ſubycit̄ ipio rōis ſic̄ mot° alioꝝ extioꝝ mēbroꝝ. Verecūdatur āt hō nō ſolū de illa cōmixtione venerea: ſ3 etiā de qbuſcūq3 ſignis ei°: vt ph̄s dic̄ in 2° rhetorice. ꝛ iō pudicitia attēditur ṗṗe circa venerea. ꝛ precipue circa ſigna venereoꝝ: ſicut ſunt aſpect° īpudici oſcula ꝛ tact°. ꝛ qa h̄ magꝭ ſolēt ōp̄hēdi: iō pudicitia magiſ reſpicit huiuſmōi extiora ſigna. Caſtitas aūt magis ipam venereā cōmixtione3. ꝛ iō pudicitia ad caſtitatē ordinat̄ nō q̄i virtus ab ipa diſticta: ſ3 ſicut expmens caſtitatꝭ circūſtātiā quādā: inťdū tn̄ vnū p alio ponitur. ¶ Ad ṗmu3 ḡ dicendū ꝙ Aug° ibi accipit pudicitiā p caſtitate. ¶ Ad ſcōm dō ꝙ q̄uis oīa vitia h̄eant turpitudinē quādam ſpālr̄ tn̄ vitia intpantie vt ex ſ̄ dictis patet. ¶ Ad tertiū dō ꝙ int̄ vitia intpātie p̄cipue ſūt exprobrabilia pctā venerea: tū ṗpť iobediētiā genitaliū mēbroꝝ: tū etiā ṗpter h̄ ꝙ rō ab huiuſmodi maxime abſorbet̄.

# Deinde ꝯſide

randū eſt de v̄ginitate. Et circa hoc queruntur qnq3. ṗ in q̄ ꝯſiſtat v̄ginitas. 2° vtrū ſit licita. 3° vtrū ſit virtus. 4° de excellētia eius reſpectu m̄rimony. 5° de excellentia eius reſpectu aliarum virtutum.

# Ad primum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ virginitas nō ꝯſiſtat in integritate carnis. Dicit. n. Aug° i li° de nuptyꝭ ꝛ ꝯcupiſcētia carnis: ꝙ v̄ginitas ē in carne corruptibili incorruptōis perpetua meditatio. ſ3 meditatio nō ptinet ad carnē. ḡ v̄ginitas nō cōſiſtit in carne. ¶ P̄. Virginitas pudicitiā quādā iportat. ſ3 Aug° dic̄ in ṗ de ciui. dei: ꝙ pudicitia cōſiſtit in aīa. ḡ v̄ginitas nō ꝯſiſtit i carnis incorruptōe. ¶ P̄. Carnis integritas vr̄ cōſiſtere in ſignaculo v̄ginalis pudoris. ſ3 qn̄3 abſq3 vginitatꝭ p̄iudicio frangit̄ illud ſigculū. Dic̄. n. Aug° in ṗ de ciui. di: ꝙ illa mēbra pn̄t diuerſis caſibus vulnerata vim ppeti: ꝛ medici qn̄q3 ſaluti opitulantes h̄ ibi faciūt qḋ horret aſpectus. Obſtetrix etiā v̄ginis cuiuſdā integritatē manu velut explorās dū īſpicit pdidit. ꝛ ſubdit. Nō opinoꝛ quēq3 tam ſtulte ſape vt huic piſſe aliquid exiſtimet etiā de ipius corpis ſcitate q̄uis mēbri illius ītegritate ia3 pdita. ḡ virginitas nō cōſiſtit ī carnis īcorruptōe. ¶ P̄. Corruptio carnis maxime ī ſemīs reſolutione cōſiſtit q̄ pōt fieri ſine ꝯcubitu vl̄ i dormiendo vl̄ etiā vigilādo. ſed ſine ꝯcubitu n̄ vr̄ pdi v̄ginitas. Dicit. n. Aug° i li° de v̄gitate ꝙ v̄ginalis ītegritas: ꝛ p piā ꝯtinētiā ab oī cōcubitu īmunitas: angelica portio ē: ḡ v̄ginitas nō cōſiſtit ī carnis īcorruptōe. ¶ S3 ꝯ ē qḋ Aug° in eodē li° dic̄ ꝙ virginitas ē continētia q̄ integritas carnis ipſi creatori aīe ꝛ carnis fouet̄: ꝯſecrat̄: ſeruat̄. ¶ R° dicendū ꝙ nomē v̄ginitatis a virore ſūptū vr̄. ꝛ ſicut illud dr̄ virēs ꝛ ī ſuo virore pſiſtere qḋ nō eſt ex ſupabūdantia caloris aduſtionē expertu3: ita etiā v̄ginitas h̄ īportat ꝙ pſona cui ineſt īmunis ſit a cōcupiē aduſtione: q̄ eē vr̄ ī cōſūmatōe maxime delectatōis corpalis q̄lis ē venereoꝝ delectatio. Vn̄ Amb° dicit ī li° de v̄ginitate ꝙ caſtitas v̄ginalis ē expers cōtagionis integritas. In delectatōe aūt venereoꝝ tria ē cōſiderare. Vnu3 qdem qḋ ē ex parte corporis. ſ. violatio ſignaculi virginalis. Aliud aūt ē in q̄ cōiungit̄ id qḋ ē aīe cu3 eo qḋ ē corporis. ſ. ipa reſolutio ſemīs delectatōem ſenſibilē cauſans. Tertiū aūt ē ſolū ex parte aīe. ſ. ṗpoſitū puenīēdi ad talem delectatōem. In qb° trib° id qḋ ṗ poſitū ē p accn̄s ſe h3 ad moralē actū: q nō cōſiderat̄ p ſe niſi ſm ea q̄ ſūt aīe. Scōm v̄o mālr̄ ſe h̄et ad actū moralē: nā ſenſibiles paſſiones ſunt materia moraliū actuū. Tertiū v̄o ſe h3 formālr̄ ꝛ cōpletiue: q2 rō moraliū ī eo quod ē

ratōis cōplet̄.q2 ḡ virginitas dr̄ p remotio
nē p̄dicte corruptōis:ɔſeqns ē q integritas
mēbri corpalis p accn̄s ſe hēat ad v̄ginitatē
ipa aūt imunitas a delectatōe q̄ conſiſtit in
ſeminis reſolutōe ſe hēt mal̄r.ipm aūt ꝓpo
ſitū ppetuo abſtinēdi a tali delectatōe ſe hʒ
formal̄r ⁊ cōpletiue i v̄ginitate. ¶ Ad p̄muʒ
ḡ dō q illa diffinitio Auguſtini tangit qdeʒ
i recto id qd ē formale i v̄ginitate:naʒ p me
ditatōem intelligit̄ ꝓpoſitū rōnis. Q aūt ad
ditur:ppetua:nō ſic intelligitur q oporteat
virginē ſemp actu talē meditatōem habere
ſʒ q2 hoc dʒ i ꝓpoſito gerere:vt perpetuo i ħ
pſeueret. Jd v̄o qd ē mal̄e tangit̄ i obliq̄ cuʒ
dr̄:incorruptōis i carne corruptibili:qd ad
dit̄ ad oñdēdū virginitatis difficultatē:naʒ
ſi caro corrūpi nō poſſet:non eſſet difficile p
petuam incorruptōis meditatōem habere.
¶ Ad ſcdm dō q pudicitia ē qdē eſſential̄r
in aīa:mal̄r aūt in carne.⁊ ſil̄r v̄ginitas. Vn̄
Aug⁹ dicit i li.de virginitate:q lʒ virginitas
in carne ſeruetur:ac p hoc corpalis ſit:tn̄ ſpi
ritualis ē quā fouet ⁊ ſeruat cōtinentia pie
tatis. ¶ Ad tertiū dō q ſicut dictū ē integri
tas corpalis membri per accidens ſe hēt ad
virginitatē.inq̄tū.ſ.per ħ q ex ꝓpoſito vo
lūtatis abſtinet qs a delectatōe venerea:re
manet itegritas i m̄bro corpeo.vn̄ ſi ɔtigat
q p aliū modū aliq̄ caſu mēbri itegritas cor
rūpatur:non magis p̄iudicat virginitati q̄ ſi
corrūpatur man⁹ aut pes. ¶ Ad q̄rtū dō q
delectatio que ē ex ſemis reſolutōe dupli
citer poteſt cōtingere. Vno mō vt ꝓcedat ex
mētis ꝓpoſito et ſic tollit virginitatē:ſiue ſi
at p cōcubitū ſiue abſq3 cōcubitu. Facit aūt
mētōem Aug⁹ de cōcubitu:qa huiuſmōi re
ſolutio cōiter et nal̄r ex concubitu cāt̄. Alio
mō pōt ꝓuēire p̄ter ꝓpoſitū mētl vl̄ i dormi
endo vl̄ p violētiā illatā cui mēs n̄ ɔſētit:q̄
uis caro delectatōeʒ expiat̄:vl̄ ēt ex īfirmita
te nāe:vt pʒ i his q fluxū ſemis patiūt̄. et ſic
n̄ pditur virgītas:qa tal̄ pollutio nō accidit
p īpudicitiā quā v̄ginitas excludit.

## Ad ſecunduʒ ſic pro

cedit̄. Vr̄ q v̄ginitas ſit illicita. Q ē.n.qd cō
trariatur p̄cepto legis nāe ē illicitū. ſʒ ſicut
p̄ceptū legl nāe ad ɔſeruatōem indiuidui ē.
qd tāgitur Gen̄.2. De oī ligno qd ē in paradi
ſo comede:ita ēt p̄ceptū legis nāe ē ad ɔſer
uatōeʒ ſpēi:qd ponit̄ Gen̄.p̄. Creſcite et mł
tiplicamini et replete t̄rā.ḡ ſicut peccaret q
abſtinēt ab oī cibo:utpote faciēs ɔ̄ bonum
īdiuidui:ita etiam peccat q oīo abſtinet ab
actu gnātōiſ:vtpote faciēs ɔ̄ bonū ſpēi ¶ P
Q ē illud qd recedit a medio v̄tutis uidetur
eē uitioſū.ſʒ v̄ginitas recedit a medio v̄tutiſ
ab oībus delectatōib⁹ venereis abſtinens.
Dicit.n.ph̄s in 2°.ethicoꝝ.q qui oī volupta
te potit̄:⁊ q neq3 ab vna recedit:intpatus ē:
q aūt oēs fugit:agreſtis ē ⁊ iſenſibilis. ḡ vir
ginitas ē aliquid vitioſū. ¶ P. Pena nō de
bet̄ niſi vitio.ſʒ apud antiq̄s puniebant̄ ſʒ le
ges illi qui ſēp celibē vitā ducebāt:vt maxi
mus Valeri⁹ dic̄. Et Aug⁹ dicit q Plato in
v̄a religione ſacrificaſſe dr̄:vt p ei⁹ ɔtinētiaʒ
tanq̄ pctm̄ aboleret̄.ḡ v̄ginitas ē peccatuʒ.
¶ Sed ɔ̄ ē q nullū pctm̄ recte cadit ſub cō
ſilio.ſʒ virginitas recte caidt ſub ɔſilio:dr̄.n.
.i.ad Corī.7°. De v̄ginib⁹ aūt p̄ceptū dn̄i nō
hēo.ɔſiliū aūt do.ḡ virgitas non ē aliqd illi
citū. R° dicēdū q i humanis actib⁹ illud ē
vitioſū qd eſt p̄ter rectā rōem.hēt autē ħ re
cta rō vt his q̄ ſūt ad finē vtat̄ aliquis ſʒ eā
mēſurā q̄ congruit fini. Eſt aūt triplex hōis
bonū:vt dr̄ i p̄ ethicoꝝ. Vnū qdē qd cōſiſtit
in extīorib⁹ reb⁹:puta diuitijs. Aliud aūt qd
ɔſiſtit in bonis corpis. Tertiū aūt qd ɔſiſtit
ī bonis aīe. Jnt̄ q̄ etiā bona contēplatiue vi
te ſūt potiora bonis vite actiue:vt ph̄s ꝓbat
i.10. ethicoꝝ. Et dn̄s dicit Luc.10. Maria
optimā partē elegit. Quoꝝ bonoꝝ exteriora
qdē ordināt̄ ad ea que ſūt corporis:ea v̄o q̄
ſunt corporis ad ea que ſūt aīe. ⁊ vlteri⁹ ea q̄
ſūt vite actiue ad ea q̄ ſunt vite ɔtēplatiue.
ptinet aūt ad rectitudinē rōnis:vt aliqs vta
tur extīoribus bonis ſm eā mēſurā que cō
petit corpi.⁊ ſil̄r de alijs. Vn̄ ſi qs abſtineat
ab aliqbus poſſidēdis que al̄ eſſet bonū poſ
ſidere vt ɔſulat ſaluti corpali vl̄ etiā cōtēpla
tioni v̄itatis:nō eſſet ħ vitioſū ſʒ ſm rōeʒ re
ctā. Et ſil̄r ſi qs abſtinet a delectatōibus cor
palibus vt liberi⁹ vacet ɔtēplatōi veritatis:
ptinet ħ ad rectitudinē rōnis. Ad ħ aūt pia
v̄ginitas ab oī delectatōe venerea abſtinet:
vt liberi⁹ diuine cōtemplatōi vacet. Dicit.n.
Apl̄s.i.ad Corī.7°. Mulier innupta ⁊ virgo
cogitat que domini ſunt vt ſit ſcā ⁊ corpore
⁊ ſpu. Que aūt nupta ē cogitat q̄ mundi ſūt
⁊ quō placeat viro. Unde relinquit̄ q v̄gi
nitas nō eſt aliquid vitioſū:ſʒ potius lauda
bile. ¶ Ad p̄mū ḡ dō q p̄ceptum habʒ rōeʒ

debiti:vt ſ̄ dictū ē. Dupl'r aūt aliquid ē de-
bitū. Uno° vt impleaṫ ab vno. ꝛ h̄ debitū ſi
ne pctō pͥteriri nō pōt. Aliud aūt eſt debituꝫ
iplēdū a multitudie:ꝛ ad tale debituꝫ implē
dū non teneṫ q̄libet de multitudine. Mlta
.n. ſūt multitudini neceſſaria ad q̄ implēda
vnꝰ nō ſufficit:ſed implenṫ a mltitudine:dū
vnꝰ h̄ aliꝰ illud facit. Preceptū igiṫ legis nāe
hōi datū de comeſtiōe neceſſe ē ꝙ ab vno
quoqꝫ ipleaṫ. alr̄.n. idiuiduū ꝯſeruari n̄ poſ-
ſet. ſꝫ pͨceptū datū de gnātōe reſpicit totam
mltitudinē hoīum cui neceſſariū ē nō ſolū
ꝙ mltipliceṫ corꝑal'r:ſꝫ ēt ꝙ ſpūal'r ꝓficiat.
ꝛ iō ſufficiēter ꝓuideṫ hūane mltitudini:ſi q̄
dā cānali gnātōi operā dent. q̄dā v̄o ab hac
abſtinētes:ꝯtēplatōi diuinoꝝ vacēt ad totiꝰ
humani gnīs pulchritudinē ꝛ ſalutē:ſicut ēt
ī exercitu q̄dā caſtra cuſtodiūt:q̄dam ſigna
deferūt:q̄dā gladys decertāt:q̄ tn̄ oīa debi-
ta ſūt multitudini:ſꝫ ꝑ vnū impleri nō pn̄t.
¶ Ad ſcḋm dō ꝙ ille q̄ abſtinet ab oībꝰ de
lectatōibus pͥter rōem rectā q̄ſi delectatōes
ſm̄ ſe abhorrēs:ē inſenſibilis ſicut agricola.
Uirgo aūt nō abſtinet ab oī delectatōe: ſed
ſolū a delectatōe venerea. ꝛ ab hac abſtinet
ſm̄ rōnē rectā vt dictū ē. Mediū aūt v̄tutis
nō ſm̄ q̄ntitatē ſꝫ ſm̄ rōem rectā determinaṫ:
vt dr̄ in 2° ethicoꝝ. Un̄ de magnanimo dr̄ ī
4° ethicoꝝ. ꝙ eſt magnitudine extremꝰ: eo
aūt vt oportet medius. ¶ Ad tertiū dō ꝙ le
ges ferūṫ ſm̄ ea q̄ vt ī pluribꝰ accidūt. h̄ aūt
raꝝ erat apud āṫiquos vt aliq̄s amore veri-
tatis ꝯtēplādē ab oī delectatōe venerea ab-
ſtineret: qḋ ſolus Plato legiṫ feciſſe. vn̄ nō
ſacrificauit q̄ſi h̄ pctm̄ reputaret. ſed ꝑuerſe
opinioni ciuiū cedēs:vt ibidē Augꝰ dicit.

## Ad tertiuꝫ ſic proce

diṫ. Ur̄ ꝙ v̄ginitas nō ſit v̄tus. Nulla.n. v̄tꝰ
ineſt nobis a nā:vt ph̄s dicit in 2° ethicoꝝ. ſꝫ
v̄ginitas ineſt nob̄ a nā. q̄libet.n. mor natus
v̄go eſt. ḡ v̄ginitas nō ē v̄tus. ¶ P̄. Quicūqꝫ
hēt vnā virtutē hꝫ oēs vt ſ̄ hitū eſt. ſed aliq̄
hn̄t alias v̄tutes q̄ non hn̄t virginitatē. alio-
qn̄ cū ſine v̄tute nullus ad regnū celoꝝ ꝑue-
niat:nullus ſine v̄ginitate ad ipm̄ poſſet ꝑue
nire. qḋ eēt mr̄imoniū dānare. ḡ virginitas
nō ē virtꝰ. ¶ P̄. Oīs virtus reſtituiṫ ꝑ peni
tētiā. ſed virginitas nō reparaṫ ꝑ pn̄iaꝫ Un̄
Jeroꝰ dicit. Cū cetā d̄s poſſit: nō pōt virgi
nitatē poſt ruinā reparare. ḡ vr̄ ꝙ virginitaſ
nō ſit virtus. ¶ P̄. Nulla virtus perdiṫ ſine
pctō. ſꝫ virginitas ꝑdiṫ ſine pctō. s. ꝑ mr̄imo
niū. ḡ virginitas n̄ ē v̄tꝰ. ¶ P̄. Uirginitas cō
diuidiṫ viduitati ꝛ pudicitie ꝯiugali. ſꝫ neu
trū illoꝝ poniṫ v̄tus. ḡ virginitas nō eſt v̄tus
¶ Sed ꝯ̄ eſt qḋ Ambꝰ dicit ī li° ḋ v̄ginitate
Inuitat v̄ginitatꝭ amor vt aliq̄d ḋ virginita
te dicamꝰ:ne veluti trāſitu q̄dā pͥſtricta vide
atur q̄ pͥncipalis ē virtus. ¶ R̄° dō ꝙ ſicut ſ̄
dictū ē:in virginitate eſt ſicut formale ꝛ cō
pletiuū ꝓpoſitū ꝑpetuo abſtinendi a delecta
tiōe venerea: qḋ q̄dē ꝓpoſitū laudabile red
diṫ ex fine:inq̄ꝫtum. s. hoc fit ad vacandū re
bus diuinis. Materiale aūt in virginitate ē
integritas carnis abſqꝫ oī experimēto vene
ree delectatōis. Manifeſtū ē āt ꝙ vbi ē ſpe
cialis materia boni hn̄s ſpālem excellētiaꝫ:
ibi inueniṫ ſpālis rō virtutis: ſicut pꝫ in ma
gnificētia q̄ eſt circa magnos ſumptus. ꝛ ex
hoc eſt ſpālis virtꝰ a libalitate diſtincta: que
cōiter ſe hēt circa oēm pecuniaꝝ vſuꝫ. Hoc
āt qḋ ē conſeruare ſe īmunē ab experimēto
veneree delectatōiſ hꝫ quādā excellētiā lau
dis ſ̄ hoc qḋ ē ꝯſeruare ſe īmunē ab inordi
natōe veneree voluptatꝭ. ꝛ iō virgītas ē que
dā ſpālis virtus hn̄s ſe ad caſtitatē ſicut ma
gnificētia ad liberalitatē. ¶ Ad pͥmum ḡ di
cendū ꝙ hoīes ex ſua natiuitate hn̄t id qḋ
eſt mālē. s. integritatē carnis īmuneꝫ ab ex
perimēto venereoꝝ: nō tn̄ hn̄t id qḋ ē forma
le ī v̄ginitate:vt. s. hēant ꝓpoſitū ſuandi hꝰ ī
ītegritatē ꝓpͤ deuꝫ. ꝛ ex h̄ hēt rōeꝫ virtutis.
Un̄ Augꝰ dicit in li° de virginitate. Nec noſ
ī virginibꝰ pͣdicamꝰ ꝙ v̄gines ſūt. ſed ꝙ deo
dicata pia cōtinētia virgines ſūt. ¶ Ad ſecū
dū dicēdū ꝙ cōnexio virtutū accipiṫ ſm̄ il
lud qḋ ē formale ī virtutibꝰ. i. ſm̄ caritatē vl̄
ſm̄ prudētiā vt ſ̄ hitū ē: nō aūt ſm̄ id qḋ eſt
materiale in virtutibꝰ. Nihil.n. prohibet ali
cui virtuoſo ſuppetere mām̄ vnius v̄tutis n̄
aūt mām̄ alteriꝰ. ſicut paup̄ hꝫ māꝫ tꝑantie:
nō aūt mām̄ magnificētie. ꝛ h̄ modo alicui
habēti alias virtutes deeſt mā virginitatis
.i. pͥdicta itegritas carnis. tn̄ pōt id qḋ eſt for
male ī virginitate hr̄e:vt. s. ſit in pͥparatione
mētis pͥdicte integritatis ꝯſeruāde ꝓpoſitū
ſi h̄ ſibi cōpeteret. ſicut paup̄ pōt ī pͥparatiōe
animi hr̄e ꝓpoſitū magnificos ſumptꝰ facien
di ſi ſibi cōpeteret. ꝛ ſil'r ille qui ē in pͥſperita
te hꝫ ī pͥparatōe aī ꝓpoſitū aduerſa eq̄nimiṫ to
lerādi. ꝛ ſin̄ hac pͥparatōe aī n̄ pōt eſſe aliquis

ꝟtuoſus. ¶ Ad tertiū dō ꝙ uirtꝰ ꝑ peniten
tiā reparari pōt q̄ꜩtū ad id qd̄ ē formale in uir
tute: nō āt q̄ꜩtū ad id qd̄ ē mālē in ipa. Non
.n. ſiqs magnificꝰ ↄſūpſerit diuitias ſuas: ꝑ
pniam pctī reſtituūſ ei diuitie: ꝛ ſilr̄ ille qui
uirginitatē peccādo amiſit: ꝑ pniam nō recu
perat uirginitatis mām̄: ſed recupat uirgini
tatis ꝓpoſitū. Circa mām̄ aūt uirginitatis ē
aliqd qd̄ miraculoſe reparari pōt diuinitꝰ. ſ.
ītegritas mēbꝛi: quā dixim̄ accn̄taľr ſe ad uir
ginitatē hr̄e. Aliud aūt ē qd̄ nec miraculoſe
reparari pōt. ut. s. ꝙ q̄ exꝑtus ē uoluptatem
ueneream fiat nō exꝑtus. Nō. n. ds̄ pōt facere
ut ea que facta ſūt non ſint facta: ut in p̄mo
hitū eſt. ¶ Ad quartū dō ꝙ uirginitas ſm̄
ꝙ ē uirtꝰ importat ꝓpoſitū uoto firmatū ite
gritatis ꝑpetuo ſuāde. Dicit. n. Augꝰ in liᵒ ď
uirginitate ꝙ ꝑ uirginitatē ītegritas carnis
ipi creatori aīe ꝛ carnis fouetꝰ ↄſecrat ſerua
tur. Un̄ uirginitas ſꝫ ꝙ ē uirtus nūq̄ꜩ amit
titur niſi ꝑ pctm̄. ¶ Ad qntū dō ꝙ caſtitas cō
iugaľ ex h̄ ſolo hꝫ laudē ꝙ abſtinet ab illici
tis uoluptatibꝰ: vn̄ nō hēt aliquā excellētiā
ſupra cōez caſtitatē. Viduitas āt addit qdē
aliqd ſupra caſtitatē cōez: nō tn̄ ꝑuēit ad id
qd̄ ē ꝑfectū ī mā iſta. ſ. ad oīmodā īmunita
tē uenereē uoluptatꝭ. ſꝫ ſola ꝟgītas. ꝛ iō ſola
ꝟginitas ponit virtꝰ ſpālis ſupra caſtitatē: ſicᷓ
magnificētia ſupra libalitatē.

# Ad quartum ſic pro

cedit. Vr̄ ꝙ uirginitas nō ſit excellētior mr̄i
monio. Dicit. n. Augꝰ ī liᵒ ď bono ↄiugali. Nō
impar meritū ē ↄtinētie ī Johāne q̄ nullas
expꝰ ē nuptias. ꝛ ī Abrahā q̄ filios genera
uit. ſꝫ maioris uirtutis maiꝰ ē meritū. ḡ ꝟgi
nitas non ē potior uirtꝰ q̄ꜩ caſtitas ↄiugalis.
¶ P̄. Ex uirtute depēdet laus uirtuoſi. ſi ḡ
uirginitas p̄ferret ↄtinētie ↄiugali vr̄ eē cō
ſequēs ꝙ q̄libet uirgo eēt laudabilior q̄li
bet ↄiugata. h̄ āt ē falſū. ḡ uirginitas non
p̄fertꝰ ↄiugio. ¶ P̄. Bonū cōe potiꝰ ē bono
p̄uato: vt pꝫ ꝑ phm̄ p̄ ethicoꝝ. ſꝫ ↄiugiū ordi
natꝰ ad bonū cōe. Dicit. n. Augꝰ in liᵒ ď bono
ↄiugali. Qd̄ ē cibꝰ ad ſalutē hoīs: h̄ ē ↄcubi
tus ad ſalutē humani generis. virginitas āt
ordīatꝰ ad bonū ſpāle: ut. ſ. uitēt tribulatōēs
carnis quā ſuſtinēt ↄiugati: ſic pꝫ ꝑ aplm̄
.i. ad Corl. 7ᵒ. ḡ ꝟgītas nō ē potior cōtinen
tia ↄiugali. ¶ Sꝫ ↄ̄ ē qd̄ dicit Augꝰ in liᵒ ď
ꝟginitate: Certa rōne ꝛ ſācta scripturarū

auctoritate: nec pctm̄ eē nuptias īuenimꝰ
nec eas bono aut ꝟginalis ↄtinētie vl' ēt ui
duaľ eq̄mus. ¶ Rᵒ dō ꝙ ſicut pꝫ ī liᵒ Hiero
nymi ↄ̄ Jouinianū. hic error fuit Jouinia
ni q̄ poſuit uirgitatē nō eē mr̄imonio p̄fe
rēdā. Qui qdē error p̄cipue deſtruitꝰ. ꝛ exē
plo xp̄i q̄ ꝛ mr̄em uirginē elegit ꝛ ipe virgi
nitatē ſuauit: ꝛ ex doctrīa aplī q̄. i. ad Corl
7ᵒ. uirgitatē ↄſuluit tāq̄ꜩ meliꝰ bonū: ꝛ ēt rōe
tū qꝛ bonū diuinū ē potiꝰ humano bono:
tū qꝛ bonū aīe p̄fertꝰ bono corpis: tū ēt qꝛ bo
nū ↄtēplatiue vite p̄fertꝰ bono actiue. virgini
tas aūt ordinatꝰ ad bonū aīe ſꝫ vitā ↄtēplati
uā: qd̄ ē cogitare ea q̄ ſūt dei. cōiugiū āt or
dinatꝰ ad bonū corpis: qd̄ ē corpalis mľtipli
catio generꝭ humani. ꝛ ꝑtinet ad vitā actiuā
qꝛ vir ꝛ mulier ī mr̄imonio viuētes neceſſe
hn̄t cogitare q̄ ſunt mūdi: vt pꝫ ꝑ aplm̄. i. ad
Corl. 7ᵒ. Un̄ indubitanter virgitas p̄ferenda
eſt ↄtinētie cōiugali. ¶ Ad p̄mū ḡ dō ꝙ ma
trimoniū nō ſolū penſatꝰ ex genē actꝰ ſꝫ magꝭ
ex animo opantis. Hūit aūt aīum Abrahā
ſic diſpoſitū vt paratꝰ eēt ꝟginitatē ſeruare
ſi eēt tpi ↄgruū: ex quo meritū cōtinētie cō
iugalis in ipo eq̄tur merito ↄtinētie ꝟginaľ
ī Johāne reſpectu p̄mij ſubſtātialis: nō aūt
reſpectu p̄mij accn̄talis. Un̄ Augꝰ dicit ī liᵒ
de bono cōiugali: ꝙ Johannis celibatus: ꝛ
Abrahe cōnubiū ꝓ tēpoꝝ diſtributione xp̄o
militauerūt: ſed ↄtinētiā Johānes ī opere.
Abraham ꝟo ī ſolo hitu hēbat. ¶ Ad ſecū
dum dō ꝙ lꝫ ꝟginitas ſit melior q̄ꜩ ↄtinentia
ↄiugalis: pōt tn̄ ↄiugatꝰ melior eē q̄ꜩ ꝟgo du
plici rōne. p̄ quidē ex parte caſtitatis. ſi. s.
ille q̄ ē cōiugatꝰ hēat aīum magis paratum
ad ꝟginitatē ſuādā ſi oporteret q̄ꜩ ille q̄ eſt
actu ꝟgo. Un̄ Augꝰ inſtruit ꝟginem in liᵒ ď
bono ↄiugali: vt dicat. Ego nō ſum melior q̄ꜩ
Abrahā: ſꝫ melior eſt caſtitas celibū q̄ꜩ caſti
tas nuptiaꝝ: ꝛ rōez poſtea ſubdit dicēs. Qd̄
.n. nūc ago: meliꝰ ille egiſſꝫ ſi tūc agēdū eēt:
qd̄ āt illi egerūt: ſic ego n̄ agerē ēt ſi nūc agē
dū eēt. 2ᵒ qꝛ forte ille q̄ nō ē virgo hꝫ aliquā
excellētiorē ꝟtutē. Un̄ Augꝰ dicit in libᵒ de
ꝟgitate. Un̄ ſcit ꝟgo q̄ꜩuis ſollicita q̄ ſūt dn̄i
ne forte ꝓpť aliq̄ꜩ ſibi īcognitā īfirmitatē nō
ſit matura martyrio: illa ꝟo mulier cui ſe ꝑ
ferꝛ geſtiebat iā poſſit bibē calicē dn̄ice paſ
ſiōis. ¶ Ad tertiū dō ꝙ bonū cōe potiꝰ ē bo
no priuato ſi ſit eiuſdē generis: ſꝫ poteſt eſſe
ꝙ bonum priuatum ſit melius ſm̄ ſuum ge

nus. ꝛ h mō virginitas deo dedicata pfert fe
cunditati carnali. Vñ Aug⁹ dicit i li° de vgi
nitate: ꝙ fecūditas carnis ēt illaꝝ q̄ in h tpe
nihil aliud i ꝯiugio q̄ꝫ plē requirūt quā mā
cipēt xp̄o p amiſſa vginitate cōpenſari non
poſſe credenda eſt.

## Ad quintum ſic pro

cedit. Videt ꝙ virginitas ſit maxima virtu
tū. Dicit. n. Cyprian⁹ i li° de virgitate. Nūc
nobis ad vgines ſmo ē: q̄rū q̄ ſublimioꝛ eſt
gl̄a ē maioꝛ cura: flos ē ille eccl̄iaſtici germi
nis: dec⁹ atq̄ꝫ oꝛnamētū gr̄e ſpūalis. illuſtrioꝛ
poꝛtio gregis xp̄i. ¶ P. Maius p̄miū debet
maioꝛi virtuti. ſed vginitati debet maximuꝫ
p̄miū. s. fruct⁹ centeſim⁹: vt pꝫ Math. 13°. in
glo. ğ virginitas ē maxīa virtutū. ¶ P. Tā
to aliq̄ virt⁹ ē maioꝛ quāto p eam aliqs xp̄o
magis ꝯfoꝛmat. ſed maxime aliqs cōfoꝛma
tur xp̄o per virginitatem. Dicitur. n. Apocl
14°. de virginib⁹ ꝙ ſequūtur agnū q̄cunq̄ꝫ ie
rit. ꝛ ꝙ cantāt canticū nouū qd̄ nemo alius
poterat dicere. ğ virginitas ē maxima virtu
tū. ¶ Sꝫ ꝯ ē qd̄ Aug⁹ dicit in li° de virgitate
Nemo q̄ſtū puto auſus fuit vgitateꝫ pferre
monaſterio. Et in eodē li°. dic̄. Preclariſſi
mū teſtimoniū phibet eccl̄aſtica auctoꝛitas
in q̄ fidelib⁹ notū eſt quo loco martyres ꝛ q̄
defuncte ſctimoniales ad altaris ſacr̄a reci
tētur: p qd̄ dat intelligi ꝙ martyriū vgitati
pfert: ꝛ ſilr̄ monaſterij ſtat⁹. ¶ R° dd̄ ꝙ ali
qd pōt dici excellentiſſimū dupl̄r. Uno° in
aliq̄ genere: ꝛ ſic virgitas eſt excellētiſſima
. ſ. i genē caſtitatis: trāſcēdit. n. ꝛ caſtitatē vi
dualē ꝛ ꝯiugatā. ꝛ q꞉ caſtitati auctoꝛitate at
tribuit decoꝛ: iō virgitati p ꝯſeq̄ns attribuit
excellētiſſima pulchꝛitudo. Vñ ꝛ Amb°. dic̄
in li° de virgitate. Pulchꝛitudinē qs poteſt
maioꝛē eſtimare dcoꝛe virgis: q̄ amat a rege
pbat a iudice: dicat dn̄o: ꝯſecrat deo. Alio
mō pōt dici aliqd excellētiſſimū ſimpl̄r: ꝛ ſic
virginitas nō eſt excellētiſſima virtutū. Se
per. n. finis excellit id qd̄ ē ad finē. ꝛ q̄to ali
qd efficacius oꝛdinat ad fineꝫ tanto melius
ē. finis aūt ex q̄ virginitas laudabilis reddi
tur ē vacare reb⁹ diuinis vt dictū ē. vñ ipe vir
tutes theologice ꝛ ēt virt⁹ religionis q̄rum
act⁹ ē ipſa occupatio circa res diuinas pꝛefe
rūt virginitati. Silr̄ etiā vehemētius operā
tur ad h ꝙ inhereāt deo martyres q ad hoc
poſtponūt ppriā vitā: ꝛ viuētes i monaſte
rijs q ad h poſtponūt ppriā volūtatē ꝛ oīa
que pñt hr̄e q̄ꝫ virgies q̄ ad h poſtponūt ve
nereā voluptatē: ꝛ iō virgitas nō ſimpl̄r eſt
maxima uirtutū. ¶ Ad p̄muꝫ ğ dd̄ ꝙ virgi
nes ſūt illuſtrioꝛ poꝛtio gregis xp̄i ꝛ ē earuꝫ
ſublimioꝛ gl̄ia p ꝯparatōeꝫ ad viduas ꝛ ꝯiu
gatas. ¶ Ad ſcd̄m dd̄ ꝙ cēteſimus fructus
attribuit virgitati ſm Hierony. ppter excel
lētiā quā hꝫ ad viduitatē: cui attribuit ſexa
geſim⁹: ꝛ ad mr̄imoniū cui attribuit triceſi
mus. ſꝫ ſicut Aug⁹ dicit i li° de q̄ōnib⁹ euāge
lij. cēteſimus fructus ē martyꝝ: ſexageſim⁹
virginū: ꝛ triceſimus ꝯiugatoꝝ. vñ ex h nō ſe
quit ꝙ uirginitas ſit ſimpl̄r maxima virtu
tū oīum: ſed ſolū alijs gradibus caſtitatis.
¶ Ad tertiū dd̄ ꝙ virgies ſequūtur agnuꝫ
quocūq̄ꝫ ierit: q꞉ imitātur xp̄m nō ſoluꝫ i in
tegritate mētis: ſꝫ etiā in integritate carnis:
vt Aug⁹ dicit in li° de virgitate. ꝛ iō in plib⁹
ſequūt agnū: nō tn̄ opꝫ ꝙ magis i ppinquo:
q꞉ alie virtutes faciūt ppinqus iherere deo
p imitatōem mētis. cāticū aūt nouū qd̄ ſole
virgines cantāt ē gaudiū qd̄ hn̄t de integri
tate carnis ſeruate.

## Deinde ꝯſide

rādū eſt d vitio luxurie qd̄
opponit caſtitati. Et p̄ de
ipſa i gnāli. 2° de ſpēb⁹ ei⁹.
Circa p̄mū q̄runt qnq̄ꝫ. p̄
qd ſit mā luxurie. 2° vtrū oīs ꝯcubitus ſit il
licit⁹. 3° vtrū luxuria ſit pctm̄ moꝛtale. 4°
vtrum luxuria ſit vitium capitale. 5° de fili
abus eius.

## Ad primum ſic pro

ceditur. Videt ꝙ mā luxurie n̄ ſolū ſint cō
cupiſcētie ꝛ delectatōes veneree. Dic̄. n. Au
g⁹ i li. cōfeſ. ꝙ luxuria ad ſatietatē atq̄ꝫ abun
dantiā ſe cupit vocari. ſed ſatietas ptinet ad
cibos ꝛ pot⁹: abūdātia aūt ad diuitias. ğ lu
xuria nō ē ppe circa ꝯcupiſcētias ꝛ volupta
tes venereas ¶ P. Prouer. 20. dr̄. Luxurio
ſa res ē vinū: ſꝫ vinū ptinet ad delectatōeꝫ
cibi ꝛ pot⁹. ğ circa ea maxime vr̄ luxuria eē.
¶ P. Luxuria dicit eſſe libidinoſe volupta
tis appetit⁹. ſꝫ libidinoſa voluptas nō ſolū ē
i venereis ſꝫ ēt i multis alijs. ğ luxuria non
eſt ſoluꝫ circa ꝯcupiſcētias ꝛ voluptates ue
nereas. ¶ Sed ꝯ ē qd̄ dr̄ in li. de vera religi
one de luxurioſis. Qui ſeminat in carne: de

carne metet corruptõem. ſꝫ ſemĩatio carnis
fit ꝑ voluptates venereas. ẜ ad has ꝑtinet lu
xuria. ¶ R° dõ ꝙ ſicut Iſidorꝰ dic̃ in li° ethi
moꝝ. luxurioſus aliqs dr̃ q̃ſi ſolutꝰ in volupta
tes. maxime aũt voluptates veneree animũ
hoĩs ſoluũt: ⁊ iõ circa voluptates venereas
maxime luxuria ꝯſideraẜ. ¶ Ad ꝓmũ ẜ dõ
ꝙ ſicut tꝑantia ꝓncipalr̃ qdem ⁊ ꝓꝑe eſt cir
ca delectatões tactꝰ. dr̃ ãt ex ꝯſeq̃nti ⁊ per
ſĩlitudinẽ quãdã in qbuſdã alijs materijs:
ita etiã luxuria ꝓncipalr̃ qdẽ ẽ ĩ uoluptatibꝰ
venereis que maxime ⁊ ꝓcipue aĩum hoĩs
reſoluũt. ſecũdario aũt dr̃ in qbuſcũq; alijs
ad exceſſũ ꝑtinẽtibꝰ. vñ ad Gal. 5°. dic̃ glo.
ꝙ luxuria ẽ quelibet ſupfluitas. ¶ Ad ſecũ
dũ dicẽduꝫ ꝙ vinũ dr̃ res luxurioſa: vel ẜm
hũc modũ q̃ in qualibet mã abũdãtia ad lu
xuriã referẜ: vel inq̃ꝫtũ ſupfluꝰ vſus vini icẽ
tiuũ voluptati uenereę ꝓbet. ¶ Ad tertium
dõ ꝙ libidinoſa voluptas ⁊ſi ĩ alijs materijs
dicaẜ: tñ ſpãlr̃ hoc nomẽ vẽdicant uenereę
delectatões: in quibus etiã ſpãlr̃ libido dr̃:
vt Augꝰ dicit in. 14°. de ciui. dei.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cediẜ. Ur̃ ꝙ nullus actus uenereꝰ poſſit eſſe
ſine pctõ. Nihil .n. vr̃ ĩpedire ṽtutẽ niſi pec
catũ. ſꝫ oĩs actꝰ uenereꝰ maxime impedit vir
tutẽ. Dic̃. n. Augꝰ ĩ ꝓ ſoliloqoꝝ. Nihil eſſe ſẽ
tio qõ magis ex arte deijciat aĩum virilez q̃ꝫ
blãdimẽta femĩe corporiũq; ille ꝯtactꝰ. ẜ nul
lus actꝰ venereꝰ dr̃ eẽ ſĩñ pctõ. P. Ubicũq;
inueniẜ aliqd ſupfluũ ꝑ qõ a bono rõnis re
cediẜ h̃ ẽ vitioſũ: q2 ṽtus corrũpiẜ ꝑ ſupfluũ
⁊ diminutũ: vt dr̃ in 2° ethicoꝝ. ſꝫ in quolibꝫ
actu uenereo ẽ ſupfluitas delectatõis q̃ itan
tũ abſorbet rõez ꝙ impoſſibile ẽ aliqd intel
ligere ĩ ipã: vt phs dic̃ in 6° ethicoꝝ. ⁊ ſic Je
roꝰ dicit in illo actu ſpũs ꝓphetie nõ tange
bat corda ꝓphaꝝ. ẜ nullus actus uenereus
põt eẽ ſine pctõ. ¶ P. Cã potior ẽ q̃ꝫ effectꝰ
ſꝫ pctm̃ origĩale ĩ ꝑuulis trahiẜ a ꝯcupiã ſine
q̃ actꝰ uenereꝰ eẽ nõ põt: vt pꝫ ꝑ Augꝰ in li° d̃
nuptijs ⁊ ꝯcupiſcẽtia. ẜ nullus actꝰ uenereꝰ
põt eẽ ſine pctõ. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qõ Augꝰ dicit in
li° de bono ꝯiugali. Satis riſũ ẽ hereticis. ſi
tñ capiũt nõ eẽ pctm̃ qõ nꝫ ꝯ nãm cõmittiẜ
neq; ꝯ morẽ: nꝫ ꝯ ꝓceptuꝫ. ⁊ loqẜ de actu ve
nereo q̃ antiq ꝑres ꝑlibꝰ ꝯiugibꝰ vtebãẜ. ẜ ñ
oĩs actꝰ uenereꝰ ẽ pctm̃. ¶ R° dicendum ꝙ
pctm̃ ĩ humanis actibꝰ ẽ qõ ẽ ꝯ ordinẽ rõis

Hẽt aũt hoc rõnis ordo ut q̃libet cõuenient̃
ordinet ĩ ſuũ finẽ. ⁊ iõ nõ ẽ pctm̃ ſi ꝑ rõez hõ
vtaẜ rebꝰ aliqbus ad finẽ ad quẽ ſũt in ordĩe
mõ cõueniẽti: dũmõ ille finiẜ ſit aliqõ ṽe bo
nũ. Sic aũt ẽ vere bonũ ꝙ ꝯſerueẜ corpalis
nã unius indiuidui: ita etiã ẽ qõdã bonum
excellẽs ꝙ ꝯſerueẜ nã ſpẽi humane. ſicut ãt
ad ꝯſeruatõem uite unꝰ hoĩs ordinaẜ uſus
ciboꝝ: ita ẽt ad ꝯſeruatõez totius humãi ge
neris uſus uenereoꝝ. Uñ Augꝰ dic̃ in li° de
bono ꝯiugali. Qõ ẽ cibꝰ ad ſalutẽ hoĩs: h̃ ẽ
concubitꝰ ad ſalutẽ generl̃: ⁊ ideo ſicut uſus
ciboꝝ põt eẽ abſq; pctõ ſi fiat dͦbito mõ ⁊ or
dine ẜm ꝙ cõpetit ſaluti corporis ita etiaꝫ ⁊
uſus uenereoꝝ põt eẽ abſq; oĩ pctõ ſi fiat de
bito mõ ⁊ ordine ẜm ꝙ ẽ ꝯueniẽs ad finem
gnãtõis humane. ¶ Ad primũ ẜ dicendũ ꝙ
aliqd põt ĩpedire duplr̃ uirtutẽ. Uno modo
q̃ꝫtũ ad cõem ſtatũ ṽtutis: ⁊ ſic nõ impediẜ
uirtus niſi ꝑ pctm̃. Alio° q̃ꝫtũ ad ꝑfectuꝫ vir
tutis ſtatũ: ⁊ ſic põt ĩpediri uirtus ꝑ aliquod
qõ ñ ẽ pctm̃ ſꝫ ẽ minꝰ bonũ. ⁊ h̃ modo uſus
femine deijcit aĩuꝫ nõ a uirtute ſꝫ ab arte. i.
ꝑfectõe ṽtutis. Uñ Augꝰ dicit in li° de bono
ꝯiugali. Sicut bonũ erat qõ Martha facie
bat occupata circa miniſteriũ ſanctoꝝ. ſꝫ me
liꝰ qõ Maria audiẽs uerbũ dei: ita ẽt bonũ
Suſanne ĩ caſtitate ꝯiugali laudamꝰ. ſꝫ bo
nũ vidue Anne ⁊ magis Marie ṽgĩs añpo
nimꝰ. ¶ Ad ſcõm dõ ꝙ ſicut ẽ dictuꝫ ẽ: me
diũ uirtutis nõ attẽdiẜ ẜm quãtitatẽ. ſꝫ ẜm
ꝙ cõuenit rõni recte: ⁊ iõ abũdantia dͦlecta
tionis q̃ ẽ in actu uenereo ẜm rõem ordina
to nõ ꝯriaẜ medio ṽtutis: ⁊ ꝓterea ad uirtutẽ
nõ pertinet q̃ꝫtũ ſenſus exterior delecteẜ qõ
ꝯſeqẜ corpis diſpoſitõem. ſꝫ q̃ꝫtũ appetitus
ĩterior ad hꝰ ĩ delectatões afficiaẜ. nec h̃ ẽt
ꝙ rõ nõ põt liberꝫ actũ rõnis ad ſpũalia cõſi
derãda ſiẜ cũ illa delectatõe hr̃e oſtendit ꝙ
actus ille ſit ṽtuti ꝯriꝰ: nõ. n. ẽ ṽtuti ꝯrium
ſi rõnis actꝰ aliqñ ĩtermittaẜ aliq̃ qõ ẜm rõez
ſit. alioqn ꝙ aliqs ſe ſomno tradit eẽt ꝯ uir
tutẽ. h̃ tñ ꝙ ꝯcupiã ⁊ delectatio uenereoꝝ
non ſubiacet impio ⁊ moderatõni rõnis ꝓ
uenit ex pena ꝓmi pcti: inq̃ꝫtũ. ſ. rõ rebellis
deo meruit habere ſuã carnẽ rebellẽ: vt pꝫ
ꝑ Augꝰ. 13°. de ciui. dei. ¶ Ad tertiũ dõ ſicut
Augꝰ ibidẽ dic̃ ꝙ ex ꝯcupiſcẽtia carnis que
generãti non imputaẜ in pctm̃ tanq̃ꝫ ex filia
peccati ꝓles naſciẜ originali obligata pctõ.
vñ ñ ſeqẜ ꝙ actꝰ ille ſit pctm̃. ſꝫ ꝙ ĩ illo actu

ſit aliquid penale a pctō pmo deriuatū.

## Ad tertiuȝ ſic proce

ditur. Videt̄ ꝙ luxuria que ē circa actus ve
nereos nō poſſit eē aliqͦ pctm̄. Per actum
.n. venereū ſemē emittit̄: qͦ ē ſupfluū alim̄
ti: vt pȝ p phm̄ in li.° de gnātōe aīalium. ſȝ in
emiſſione aliaꝝ ſupfluitatū nō attēditur ali
quod peccatū: ḡ neqȝ circa act⁹ venereos pt
eē aliqͦ pctm̄. ¶ P̄. Quilibȝ pōt licite vti vt
libet eo qͦ ſuū ē. ſed ī actu venereo hō non
vtit̄ niſi eo qͦ ſuū ē: niſi forte in adulterio vł
raptu. ḡ ī vſu venereo nō pōt eē pctm̄: ita lu
xuria nō erit pctm̄. ¶ P̄. Oē pctm̄ hēt vitiū
oppſitū. ſȝ luxurie nullū vitiū vr̄ eſſe oppoſi
tū. ḡ luxuria nō eſt pctm̄. ¶ Sȝ ꝯ ē ꝙ cā eſt
potior ſuo effectu. ſȝ vinū ꝓhibet̄ ꝓpt̄ luxu-
riā ſm̄ illud apl̄i ad Eph. 5°. Nolite inebria
ri vino in quo ē luxuria. ḡ luxuria ē ꝓhibita
¶ P̄. Gal. 5° enumerat̄ int̄ opa carnis ¶ R̄°
dō ꝙ q̄nto aliqͩ ē magis neceſſariū: tanto
magis oȝ vt circa illud rōis ordo ſeruet̄. vn̄
per ꝯſeq̄ns magis ē vitioſū ſi ordo rōis p̄ter
mittit̄. Vſus āt venereoꝝ ſicut dictū ē: ē val
de neceſſari⁹ ad bonū cōe: qͦ ē ꝯſeruatio hu
mani generis: ⁊ iō circa h̄ maxime attendi
dȝ rōis ordo. ⁊ p ꝯn̄s ſi qͩ circa h̄ fiat p̄terqȝ
ordo rōis hȝ: vitioſū erit. hoc autē ptinet ad
rōeȝ luxurie vt ordinē ⁊ modū rōis excedat
c[i]rca venerea. ⁊ iō abſqȝ dubio luxuria ē pec
catū. ¶ Ad p̄mū ḡ dō ꝙ ſicut phs ī eodē li.°
dicit: ſemē ē ſupfluū q̄ indiget̄. Dicit̄ .n. ſup
fluū ex eo ꝙ reſiduū ē operatōis virtutꝭ nu
tritiue: tn̄ indiget̄ eo ad op⁹ v̄tutis gn̄atiue.
ſed alie ſupfluitates humani corporis ſūt q-
bus nō indiget̄: ⁊ iō nō refert q̄lit̄cūqȝ emit-
tat̄ ſalua decētia ꝯuict⁹ humani. ſed nō ē ſi
mile ī ſemis emiſſione que tal̄r debȝ fieri vt
cōueniat fini ad quē eo indiget̄. ¶ Ad ſecū
dū dō ꝙ ſicut apl̄s dic̄. i. ad Cor. 6°. ꝯ luxuri
am loq̄ns. Empti eſtis p̄cio magno: gl̄ifica
te ⁊ portate deū ī corpe vr̄o. ex eo ḡ ꝙ aliqs
inordinate ſuo corpe vtit̄ p luxuriā: iniuriaȝ
facit dn̄o q p̄ncipalis dn̄s ē corpis nr̄i. Vn̄ ⁊
Aug⁹ dicit ī li.° de decē chordis. Dn̄s q gub
nat ſuos ſuos ad vtilitatē illoꝝ nō ſuam h̄
p̄cipit ne p illecebras ⁊ illicitas voluptates
corruat tēplū eius qͦ eē cepiſti ¶ Ad tertiū
dō ꝙ oppoſitū luxurie nō tangit̄ in m̄ltis: eo
ꝙ hoīes magꝭ ſunt ꝓni ad delectatōes: ⁊ tn̄
oppoſitū vitiū ꝯtinet̄ ſub inſenſibilitate; et

accidit hoc vitiū ī eo q intātū deteſtat̄ muli
erū vſū: ꝙ etiā vxori debitū nō reddit.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ luxuria nō ſit vitiū capitale.
Luxuria .n. vr̄ idē eē īmūditie: vt patȝ p glo.
Eph. 5°. ſed īmunditia ē filia gule: vt pȝ per
Greg. 31°. moral̄. ḡ luxuria nō ē vitiū capita
le. ¶ P̄. Iſidor⁹ dic̄ in li.° de ſūmo bono: ꝙ
ſicut p ſupbiā mētis itur ī pſtitutōem libidi
nis: ita p humilitatē mētis ſalua ſit caſtitas
carnis. ſȝ ꝯ rōem capitalis vitij eſſe videt̄ ꝙ
ex alio vitio oriat̄. ḡ luxuria nō ē vitiū capi-
tale. ¶ P̄. Luxuria cāt̄ ex deſperatōe: ſm̄ il
lud Eph. 4°. Qui deſperātes ſemetipos tra
diderūt īpudicitie. ſȝ deſpatio nō ē vitiuȝ ca
pitale qnimo ponit̄ filia accidie: vt ſ̄ hītum
ē. ḡ m̄lto min⁹ luxuria ē vitiū capitale. ¶ Sȝ
ꝯ ē qͦ Greg⁹. 31°. moral̄. ponit luxuriā inter
vitia capitalia. ¶ R̄° dō ꝙ ſicut ex dictis pȝ
vitiū capitale ē qͦ hȝ finē multū appetibilē
ita ꝙ ei⁹ appetitu hō ꝓcedat ad m̄lta pctā
ppetrāda. q oīa ex illo vitio tanq̄ȝ ex p̄ncipa
li oriri dicūt̄. Finis aūt luxurie ē delectatio
venereoꝝ q̄ ē maxia. Vn̄ huiuſmōi delecta
tio ē maxime appetibilis ſm̄ appetitū ſenſi
tiuū: tū ꝓpt̄ vehemētiā delectatōis: tū etiam
ꝓpt̄ ꝯnālitatē huiuſmōi ꝯcupie. Vn̄ manife
ſtū ē ꝙ luxuria ē vitiū capitale. ¶ Ad p̄mū
ḡ dicēdū ꝙ imunditia ſȝ q̄ſdā q̄ ponit̄ filia
gule ē q̄dā īmunditia corpalis: vt ſ̄ dictum
ē. ⁊ ſic obiectio nō ē ad ꝓpoſitū. Si vͦo acci
piat̄ p imunditia luxurie: ſic dicēdum ꝙ ex
gula cāt̄ mal̄r inq̄ȝtuȝ .s. gula miſtrat mām
corporalē luxurie: nō āt ſm̄ rōnē cāe finalis
ſm̄ quā potiſſime attēdit̄ origo alioꝝ vitioꝝ
ex vitijs capitalibus. ¶ Ad ſecūduȝ dō ꝙ ſi
cut ſ̄ dictū ē cū ꝯ inani gl̄ia ageret̄: ſupbia
ponit̄ cōis mr̄ oīum pctoꝝ. ⁊ iō etiā vitia ca
pitalia ex ſupbia oriūt̄. ¶ Ad tertiū dicēdū
ꝙ a delectatōibus luxurie p̄cipue aliq abſtī
nēt ꝓpt̄ ſpem future gl̄ie: quā deſpatio ſub
trahit. ⁊ iō cāt luxuriaȝ ſicut remouens ꝓhi
bens non ſicut per ſe cā: qͦ reqri vr̄ ad vitia
capitalia.

## Ad quintum ſic pro

cedit̄. Vr̄ ꝙ icōueniēter dicāt̄ eē filie luxu
rie: cecitas mētis: incōſideratio: p̄cipitatio:
icōſtātia: amor ſui: odiū dī: affect⁹ p̄ntꝭ ſcl̄i:
horror uel deſperatio futuri: quia cecitas

mentis ⁊ icōſideratio ⁊ p̄cipitatio ꝑtinent
ad ipꝛudētiā que īuenit in oī pctō: ſic ⁊ pꝛu
dentia ī oī v̄tute. g̊ nō debēt poni ſpāles fi/
lie luxurie. ¶ R̄. Cōſtātia ponit ꝑs foꝛtitudi
nis: vt s̄ bitū ē. ſʒ luxuria nō opponit foꝛtitu
dini ſʒ tꝑantie. g̊ incōſtātia nō ē filia luxurie
¶ R̄. Amoꝛ ſui vſqꝫ ad ɔtēptū di: ē p̄ncipiū
oīs pctī: vt pʒ p Aug. l. 14°. de ciui. dei. non g̊
dʒ poni filia luxurie. ¶ R̄. Iſidoꝛ⁹ ponit q̄
tuoꝛ. ſ. turpiloquia: ſcurrilia: ludicra: ſtultilo
ga. g̊ p̄dicta enumeratio v̄r eē ſupflua. Sʒ
ɔ̄ ē auctoꝛitas Greg. 31°. moꝛal. ¶ R̄° dō φ
qn̄ inferioꝛes potētie vehemēter afficiūtur
ad ſua oba: conſeqns ē φ ſupioꝛes vires im
pediant ⁊ deoꝛdinēt in ſuis actibus. Per vi
tiū aūt luxurie maxime appetitus īferioꝛ. s.
concupiſcibilis vehemēter intēdit ſuo obie
cto. s. delectabili ꝓpt̄ vehemētiā paſſionis
⁊ delectatōis. ⁊ iō ɔſeqns ē φ p luxuriā ma
xime ſupioꝛes vires deoꝛdinēt. s. ratio ⁊ vo
lūtas. Sūt aūt rōnis q̄tuoꝛ actus ī agendis.
¶ P̊ qdem ſimplex ītelligētia q̄ apphēdit ali
quē finē vt bonū. ⁊ h̄ actus impedit p luxuri
am ſm̄ illud Daniel. 13°. Spēs decepit te et
cōcupia ſubuertit coꝛ tuū. ⁊ q̄tū ad h̄ ponit
cecitas mētis. Scd̄s act⁹ ē conſiliū de his q̄
ſunt agenda ꝓpt̄ finē. ⁊ h̄ etiā ipedit p concu
piſcētiā luxurie. Vn̄ Terenti⁹ dic̄ ī eunucho
loq̄ns de amoꝛe libidinoſo. Que res ī ſe nʒ
ɔſiliū nʒ modū vllū hēt: eā ɔſilio regere nō
potes. ⁊ q̄tū ad h̄ ponit p̄cipitatio q̄ impoꝛ
tat ſubtractōem conſilij: vt s̄ bitū eſt. Terti⁹
aūt act⁹ ē iudiciū de agēdis. ⁊ hic etiā ipedi
tur p luxuriā. Dr̄. n. Daniel. 13°. de ſenibus lu
xurioſis. Auerterūt ſenſū ſuū vt nō recoꝛda
rētur iudicioꝝ iuſtoꝝ. ⁊ q̄tū ad h̄ ponit icō
ſideratio. Quartus aūt act⁹ ē p̄ceptuʒ rōnis
de agēdo: q etiā impedit p luxuriā: inq̄tuʒ
. s. hō impedit ex impetu ɔcupiſcētie ne exe
quat id qđ decreuit eē faciēdū. Vn̄ Terēti⁹
dicit in eunucho de q̄dā q dicebat ſe receſſu
ruʒ ab amica. hec v̄ba vna falſa lachꝛymula
reſtringet. Ex p̄te aūt volūtatis cōſequit du
plex actus inoꝛdinatus: q̄ꝛ vn⁹ ē appetitus
finis. ⁊ q̄tū ad h̄ ponit amoꝛ ſui q̄tuʒ. s. ad
delectatōem quā iordiate appetit: ⁊ p oppo
ſitū ponit odiū dei: inq̄tū. s. ꝓhibet delecta
tōem cōcupitā. Ali⁹ aūt ē appetit⁹ eoꝝ q̄ ſunt
ad finē ⁊ q̄tū ad h̄ ponit affect⁹ p̄ntis ſeculi
ī q̄. s. aliqs vult frui voluptate: ⁊ p oppoſituʒ
ponit deſꝑatio futuri ſeculi: q̄ꝛ dū nimis de

tinet carnalib⁹ delectatōib⁹: nō curat ꝑueni
re ad ſpūales: ſʒ faſtidit. ¶ Ad p̄mū g̊ dō φ
ſicut ph̄s dic̄ ī 6°. ethicoꝝ: intꝑantia maxime
corrūpit prudētiā. ⁊ iō vitia oppoſita prudē
tie maxime oriūt ex luxuria q̄ ē p̄cipua intē
perātie ſpēs. ¶ Ad ſecūdū dicēdū φ cōſtā
tia in arduis ⁊ terribilib⁹ ponit ꝑs foꝛtitudi
nis: ſʒ cōſtātiā hr̄e in abſtinēdo a delectabi
libus ꝑtinet ad ɔtinētiā q̄ ponit ꝑs tꝑantie:
ſicut s̄ dictū ē. ⁊ iō icōſtātia que ei opponit
ponit filia luxurie: ⁊ tn̄ etiā p̄ma incōſtātia
ex luxuria cāt inq̄tū emollit coꝛ hoīs ⁊ effe
minatū reddit: ſm̄ illud Oſee. 4°. Foꝛnica
tio ⁊ vinū ⁊ ebꝛietas auferunt coꝛ. Et Vege
tius dicit in li° de re militari: φ min⁹ moꝛtē
metuit q minus delitiaꝝ nouerit ī vita: nec
oʒ ſicut ſepe dictū ē φ filie vitij capitalis cuʒ
eo in mā ɔueniāt. ¶ Ad tertiuʒ dō φ amoꝛ
ſui q̄tū ad quecūqꝫ bona q̄ ſibi aliqs appetit
ē cōe p̄ncipiū pctōꝝ. ſed q̄tū ad h̄ ſpālr φ ali
qs appetit ſibi dlectabilia carnis: pōit amoꝛ
ſui filia luxurie. ¶ Ad q̄rtū dō φ illa q̄ Iſido
rus ponit: ſūt qdā inoꝛdinati act⁹ exterioꝛes
⁊ p̄cipue ad delectatōem ꝑtinentes: in qua
ē aliquid iordinatū q̄druplr. Vno° ꝓpt̄ ma
teriā. ⁊ ſic ponūt turpiloqa: q̄ꝛ. n. ex abūdā
tia coꝛdis os loqt: vt dr̄ Math. 12°. luxurio
ſi quoꝝ ē coꝛ turpib⁹ delectatōib⁹ plenum ⁊
concupiſcentijs: de facili ad turpia verba ꝓ
rūpūt. ¶ 2° ex parte cāe: qa. n. luxuria icōſide
ratōeʒ ⁊ p̄cipitatōeʒ cāt: ɔſeqns ē φ faciat ꝓ
rūpere in verba leuiter ⁊ incōſiderate dicta
q̄ dicūt ſcurrilia. 3° q̄tū ad finē: q̄ꝛ. n. luxu
rioſus delectatōem q̄rit ⁊ verba ſua ad dele
ctatōeʒ oꝛdinat. ⁊ ſic ꝓrūpit ī verba ludicra
¶ 4. q̄tū ad ſniaʒ v̄boꝝ quā ꝑuertit luxuria
ꝓpt̄ cecitatē mētis quā cāt. ⁊ ſic ꝓrūpit in
ſtultiloqa: vtpote cūctis v̄bis p̄fert delecta
tōes quas appetit qbuſcūqꝫ alijs rebus.

Deinde ɔſide
rāduʒ ē de luxurie ꝑtibus.
Et circa h̄ querūt duodeci
p̊ de diuiſione ꝑtiū luxurie.
2° vtrū foꝛnicatio ſimplex
ſit pctm̄ moꝛtale. 3° vtrū ſit maximū pctōꝝ.
4° vtrū in tactib⁹ ⁊ oſculis ⁊ alijs h⁹ı̄ ille
cebꝛis cōſiſtat pctm̄ moꝛtale. 5° vtrū noctur
na pollutio ſit pctm̄. 6°. de ſtupꝛo. 7°. de ra
ptu. 8°. de adulterio. 9. de inceſtu. x. de
ſacrilegio. xi. de peccato contra naturam.

12ᵒ. de ordine grauitatis ĩ ꝑdictis ſpẽbus.

## Ad primum ſic pro

cedit. Videt ꝙ icõueniẽter aſſignẽtur ſex
ſpẽs luxurie. s. fornicatio ſimplex: adlteriũ:
iceſtꝰ: ſtupꝝ: raptꝰ ⁊ vitiũ ꝯ nãm. Diuerſitas
.n. materie nõ diuerſificat ſpẽm. ſed ꝑdicta
diuiſio ſumit ſm materie diuerſitatẽ put. s.
aliqs cõmiſcet ꝯiugate: vl' ṽgini: vel alterius
ꝯditõis mulieri. g̃ videt ꝙ ꝑ h̃ ſpẽs luxurie
nõ diuerſificẽt. ¶ P̃. Spẽs vitij vnius non
vidẽtur diuerſificari ꝑ ea q̃ ꝑtinent ad aliud
vitiũ. ẜ adulteriũ nõ differt a ſimplici forni
catõe niſi in h̃ ꝙ aliqs accedit ad eã q̃ ẽ alte
rius. ⁊ ſic iniuſticiã cõmittit. g̃ videt ꝙ adul
teriũ nõ dꝫ poni ſpẽs luxurie. ¶ P̃. Sic con
tingit ꝙ aliqs cõmiſcet mulieri q̃ ẽ alteri vi
ro ꝑ mr̃imoniũ obligata: ita etiã cõtingit ꝙ
aliquis ꝯmiſcet mulieri q̃ ẽ obligata deo ꝑ
votũ. ſicut g̃ adulteriũ ponit ſpẽs luxurie:
ita etiã ſacrilegiũ ſpẽs luxurie poni dꝫ ¶ P̃.
Ille q̃ ẽ mr̃imonio iũctꝰ nõ ſolũ peccat ſi
ad aliã mulierẽ accedit: ſed etiã ſi ſua ꝯiuge
iordinate vtat. ſed h̃ pctm̃ ſub luxuria ꝯtine
tur. g̃ debẽt int̃ ſpẽs luxurie cõputari. ¶ P̃.
Apl's. 2. ad Cori. 12ᵒ. dic̃. Ne iteꝝ cuꝫ venero
humiliet me ds̃ apud vos: ⁊ lugeã mltos ex
his q̃ añ peccauerũt ⁊ nõ egerũt pn̄iam ſup
imũditia ⁊ fornicatõe ⁊ ĩpudicitia quã geſ
ſerũt. g̃ videt ꝙ etiã imundicia ⁊ ĩpudicitia
debeãt poni ſpẽs luxurie ſicut ⁊ fornicatio.
¶ P̃. Diuiſũ ñ ꝯdiuidit diuidẽtibꝰ. ẜ luxu
ria ꝯdiuidit ꝑdictis: dr̃. n. Gal. 5ᵒ. Maifeſta
ſũt opa carnis: q̃ ſũt fornicatio imunditia:
ĩpudicitia: luxuria. g̃ videt ꝙ icõueniẽter
fornicatio ponat ſpẽs luxurie. ¶ Sed ꝯ eſt
ꝙ ꝑdicta diuiſio ponit ĩ decretl. 36. q. i. ¶ Rᵒ
dicẽdũ ꝙ ſicut dictũ ẽ pctm̃ luxurie ꝯſiſtit in
h̃ ꝙ aliqs nõ ſm rectã rõeꝫ delectatõe vene
rea vtit. qđ q̃dẽ ꝯtingit duplr̃. Unoᵒ ſm ma
teriaꝫ in q̃ huiuſmodi delectatõem querit.
Alioᵒ ſm ꝙ mã debita exiſtẽte nõ obſeruã
tur alie debite ꝯditões. ⁊ q̄ circũſtãtia inq̃
tũ huiuſmõi nõ dat ſpẽm actui morali. ſed
eius ſpẽs ſumit ab obiecto qđ ẽ mã actꝰ. iđ
oportuit ſpẽs luxurie aſſignari ex parte ma
terie vl' obiecti: q̃ q̃dẽ põt nõ ꝯuenire rõni
recte duplr̃. Unoᵒ q̄ h̃t repugnãtiã ad finẽ
venerei actꝰ. ⁊ ſic inq̃tũ impedit gn̄atio
ꝓlis ẽ vitiũ ꝯ nãꝫ: qđ ẽ ĩ oĩ actu venereo ex
quo gn̄atio ſeq nõ põt. Inq̃tũ ãt ĩpedit de

bita educatio ⁊ ꝓmotio ꝓlis nate: ẽ forn ica
ſimplex q̃ ẽ ſoluti cũ ſoluta. Alioᵒ mã ĩ quã
exercet actꝰ veneris põt eẽ nõ ꝯueniẽs rõi re
cte ꝑ cõpatõem ad alios hoĩes: ⁊ h̃ duplr̃.
P̃ q̃dẽ ex pte ipiꝰ femĩe cui aliqs ꝯmiſcet:
q̄ ei debitꝰ honor nõ ſeruat. ⁊ ſic ẽ inceſtus
q̄ ꝯſiſtit ĩ abuſu mulieꝝ ꝯſãguinitate vel af
finitate iũctaꝝ. 2ᵒ ex pte eius in cuiꝰ ptãte ẽ
femia: q̃ ſi ẽ ĩ ptãte viri ẽ adulteriũ. ſi ãt ẽ in
ptãte pr̃is ẽ ſtuprũ ſi nõ iferat violẽtia. raptꝰ
ãt ſi inferat. Diuerſificãt ãt iſte ſpẽs magis
ex parte femine q̃ꝫ viri. q̄ in actu venereo fe
mina ſe hꝫ ſicut patiẽs ⁊ ꝑ modũ maĩe. vir
ãt ꝑ modũ agẽtis. dictũ ẽ aũt ꝙ ꝑdicte ſpẽs
ſm differẽtiã maĩe aſſignãt. ¶ Ad ꝑmũ g̃
dđ ꝙ ꝑdicta diuerſitas maĩe hꝫ annexã di
uerſitatẽ formalẽ obi q̃ accipit ſm diuerſos
modos repugnãtie ad rõem rectã vt dictuꝫ
ẽ. ¶ Ad ſecũdũ dđ ꝙ nihil ꝓhibet in eodeꝫ
actu diuerſoꝝ vitioꝝ deformitates ꝯcurrere
vt ẜ dictũ ẽ. ⁊ h̃ mõ adulteriũ ꝯtinet ſub lu
xuria ⁊ ſub iniuſticia: nec d̃formitas iuſticie
oĩno ꝑ acciñs ſe hꝫ ad luxuriam. Oñdit. n. lu
xuria g̃uior q̃ intãtũ ꝯcupiaꝫ ſeqtur ꝙ etiã
ĩ iniuſticiã ducat. ¶ Ad tertiũ dđ ꝙ mulier
vouẽs cõtinẽtiã qđdã ſpũale mr̃imoniũ fac
cũ deo: ſacrilegiũ qđ cõmittit ĩ violatõe tal'
mulieris ẽ qđdã adulteriũ ſpũale. ⁊ ſilr̃ alij
modi ſacrilegij reducũt ad alias ſpẽs luxu
rie. ¶ Ad quartuꝫ dđ ꝙ pctm̃ cõiugati cuꝫ
ſua vxore nõ ẽ ẜ indebitã mãꝫ ẜ ſm alias
circũſtãtias q̃ nõ cõſtituũt ſpẽm moral' actꝰ
vt dictũ ẽ. ¶ Ad q̃ntũ dđ ꝙ ſicut gloſa dicit
ibidẽ: imũditia ponit ꝓ luxuria ꝯ nãm. ĩpu
dicitia ãt ẽ q̃ fit cũ liberis a viro. vñ vr̃ ad ſtu
prũ ꝑtinere. vl' etiã põt dici ꝙ ĩpudicitia ꝑti
net ad quoſdã actꝰ circũſtãtes actũ venereũ
ſicut ſũt oſcula: tactꝰ: ⁊ alia huiuſmõi ¶ Ad
ſextũ dđ ꝙ luxuria ſumit ibidẽ ꝓ quacunq̃
ſupfluitate vt glo. ibidẽ dicit.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cedit. Videt ꝙ fornicatio ſimplex nõ ſit pec
catũ mortale. Ea. n. q̃ ſil' cõnumerãtur vidẽ
tur eẽ vniꝰ rõnis. ẜ fornicatio cõnumeratur
q̃buſdã q̃ ñ ſũt pctã mortalia. Dr̃. n. Actuuꝫ
15ᵒ. Abſtineatis vos ab imolatꝭ ſimlacroꝝ ⁊
ſanguine ⁊ ſuffocato ⁊ fornicatõe. illoꝝ autẽ
vſus nõ ẽ pctm̃ mortale ẜ illđ. i. ad Thimo.
4ᵒ. Nihil reijciẽdũ ẽ qđ cũ g̃rarum actione
percipit. g̃ fornicatio non eſt pctm̃ mortale.

¶ P. Nullū mortale pctm̄ cadit ſub p̄cepto
diuo. ſʒ Oſee p̄ p̄cipit̄ a dn̄o: vade ſume tibi
vxorē fornicationū: ⁊ fac filios fornicatio/
nū. ğ fornicatio nō ē pctm̄ mortale. P. Nl
lū pctm̄ mortale ī ſcriptura ſacra abſqꝫ rep/
hēſione ꝯmemorat̄. ſʒ fornicatio ſimplex cō
memorat̄ ī ſcriptura ī antiqs p̄rib9 ſine re
p̄hēſione: ſic legit̄ Gen̄. 16°. de Abrā: q̄ acceſ
ſit ad Agar ancillā ſuā: ⁊ ī. 30. legit̄ de Jacob
q̄ acceſſit ad ācillas vxor̄ ſuar̄ Balā ⁊ Zel
phā. ⁊ ī. 38°. legit̄ q̄ Judas acceſſit ad Tha/
mar quā eſtimauit meretricē. ğ fornicatio
ſimplex nō ē pctm̄ mortale. ¶ P. Oē pctm̄
mortale ꝯ̄riat̄ caritati. ſʒ fornicatio ſimplex
nō ꝯ̄riat̄ caritati: neqꝫ q̄ſtū ad dilectōem dei
qa nō eſt directe pctm̄ ꝯ̄ deū. nec etiā q̄ſtum
ad dilectōem p̄ximi: qa p h̄ hō nulli hōi fac̄
iniuriā. ğ fornicatio ſimplex nō eſt peccatū
mortale. ¶ P. Oē pctm̄ mortale ducit ī p̄di
tōeʒ eternā. h̄ āt nō facit fornicatio ſimplex:
qa ſup illud. i. ad Thimo. 4°. Pietas ad oīa
vtilis ē. dic̄ glo. Amb°. Ois ſūma diſcipline
x̄piane in m̄ia ⁊ pietate eſt: quā aliqs ſeq̄ns
ſi lubricū carnis patit̄: ſine dubio vapulabit
ſʒ non p̄ibit. ğ fornicatio ſimplex nō ē pctm̄
mortale. ¶ P. Sic Aug9 dicit ī li° de bo. cō
iu. Qō ē cib9 ad ſalutē corporis: h̄ ē ꝯcubit9
ad ſalutē generis. ſʒ nō oīs inordinat9 vſus
cibor̄ ē pctm̄ mortale. ğ nec oīs inordinat9
ꝯcubitus: qō maxime vr̄ de fornicatōe ſim/
plici q̄ mīma ē īnt̄ ſpēs enumeratas. ¶ Sʒ
ꝯ̄ ē qō dr̄ Thob. 4°. Attēde tibi, ab oī forni/
catōe: ⁊ p̄ter vxorē tuā nunq̄ꝫ patiari crimē
ſcire. crimē āt importat pctm̄ mortale. ğ for
nicatio ⁊ oīs ꝯcubit9 q eſt p̄ter vxorē ē pec
catū mortale. ¶ P. Nihil' excludit a regno
dei niſi pctm̄ mortale. fornicatio āt excludit
vt pʒ p Aptm̄ Gal. 5°. vbi p̄miſſa fornicatōe
⁊ qbuſdā alijs vitijs ſubdit: q̄ q. talia agunt
regnū dei nō ꝯſeq̄nt̄. ğ fornicatio ſimplex ē
pctm̄ mortale. ¶ P. In decretis. 22. q. i. di
cūt talē de piurio p̄niaꝫ imponi debē qualeʒ
ꝺ̄ adulterio ⁊ fornicatōe ⁊ ꝺ̄ homicidio ſpō
te ꝯmiſſo: ⁊ de ceteris criminalibus vitijs. ğ
fornicatio ſimplex ē pctm̄ crimiale ſeu mor
tale. ¶ R° dō q̄ abſqꝫ oī dubio tenēdū eſt
q̄ fornicatio ſimplex ſit pctm̄ mortale: non
obſtāte q̄ Deu°. 23° ſup illud. Nō erit mere
trix. ⁊c. dic̄ glo. Ad eas p̄hibet accedē q̄rū
eſt venalis turpitudo. nō. n. dʒ dici venialis
ſʒ venalis: qō ē p̄p̄e meretricū. Ad hui9 aūt

euidētiā ꝯſiderādū eſt q̄ pctm̄ mortale ē oē
pctm̄ qō ꝯmittit̄ directe ꝯ̄ vitā ho'is. Forni
catio aūt ſimplex īportat īordinatōem que
vergit ī nocumētū vite ei9 q eſt ex tali ꝯcubi
tu naſciturus. Videm9. n. ī oīb9 aīalib9 ī qb9
ad educatōem p̄lis req̄rit̄ cura maris ⁊ fe
mine q̄ ī eis nō ē vag9 ꝯcubit9: ſed maris ad
certā feminā vnā vel p̄les: ſicut pʒ ī oīb9 aui
bus. Secus aūt in aīalib9 in qb9 ſola femīa
ſufficit ad educatōeʒ fet9 in qb9 ē vagus cō
cubitus: vt pʒ in canib9 ⁊ huiuſmōi alijs aīa
lib9. Manifeſtū ē autē q̄ ad educatōem ho
minis nō ſolū req̄rit̄ cura m̄ris a q̄ nutrit̄. ſʒ
m̄lto magis cura p̄ris a q̄ ē īſtruēdus ⁊ defē
dēd9 ⁊ ī bonis tā int̄iorib9 q̄ꝫ ext̄iorib9 p̄mo
uēdus. Et iō ꝯ̄ nām hoīs ē q̄ vtat̄ vago ꝯcu
bitu. ſʒ oꝫ q̄ ſit maris ad det̄minatā feminā
cū qua p̄maneat nō p modicū tp̄s: ſʒ diu: vl'
etiā p totā vitā. Et inde ē q̄ nāl'r ē maribus
ī ſpecie hūana ſollicitudo de certitudine p̄
lis. quia eis imminet hec educatio prolis:
h̄ autē certitudo tollēt̄ ſi eēt vag9 ꝯcubitus
h̄ āt t̄miatio certe femīe m̄rimoniū vocat̄:
⁊ iō dr̄ eē ꝺ̄ iure nāli. ſ. qꝛ ꝯcubit9 ordīat̄ ad
bonū cōe toti9 hūani gn̄is: bōa āt cōia cadūt
ſub det̄miatōe legis vt ſ̄ hītū ē: ꝯſeq̄ns ē q̄
iſta ꝯiūctio mari ad feminā q̄ m̄rimoniū dr̄
lege aliq̄ det̄mineī. Quāl'r aūt ſit apud nos
det̄minatū: ī tertia p̄te hui9 op̄is aget̄ cū de
m̄rimonij ſacro tractabit̄. Vn̄ cū fornicatio
ſit ꝯcubit9 vag9 vtpote p̄ter m̄rimoniū exi/
ſtēs ē ꝯ̄ bonū p̄lis educāde. ⁊ iō ē pctm̄ mor
tale. Nec obſtat ſi aliqs fornicādo aliquā co
gnoſcēs ſufficiēter p̄uideat p̄li de educatōe
qꝛ id qō cadit ſub legis det̄minatōe iudica
tur ſ̄m id qō cōiter accidit: ⁊ nō ſ̄m id qō ī
aliq̄ caſu pōt accidē. ¶ Ad p̄mū ğ dō q̄ for
nicatio illis ꝯnumerat̄: nō qꝛ hēat eandē ra
tionē culpe cū alijs: ſʒ q̄ſtū ad h̄ q̄ ex his q̄
ibi ponūt̄ ſil'r poterat diſcidiū gn̄ari inter iu
deos ⁊ gētiles: ⁊ eor̄ vnanimis ꝯſenſus īp̄e
diri: qa apud gētiles fornicatio ſimplex nō
reputabat̄ illicita p̄pter corruptōem natura
lis rōnis. Judei aūt ex lege diuina inſtructi
eā illicitā reputabāt. Alia vō q̄ ibi ponūt̄ iu
dei abominabāt̄ p̄pter ꝯſuetudinē legalis
ꝯuerſatōis. Vn̄ apl'i ea gētilib9 interdixerūt
nō q̄ſi ſ̄m ſe illicita: ſʒ q̄ſi iudeis abomiabilia:
vt etiā ſ̄ dictū ē. ¶ Ad ſecūdū dicēdū q̄ for
nicatio dicitur eē pctm̄ inquātū eſt ꝯ̄ rōem
rectā. Ratio aūt hoīs recta ē ſ̄m q̄ regl'at

volũtate diuina que ẽ pᵃ̃ma ꝛ ſũma regula.ꝛ
iõ qḋ hõ facit ex volũtate dei eiꝰ pcepto obe
diẽs nõ ẽ ꝫ rõem rectã:q̃uis videaẗ eẽ ꝫtra
cõem ordinẽ rõis.ſicut etiã nõ ẽ ꝫ nãm qḋ
miraculoſe fit virtute diuina: q̃uis ſit ꝫtra
cõem curſũ nãe:ꝛ iõ ſicut Abrahã nõ pecca
uit filiũ inocẽtẽ volẽdo occidere ꝑpter h̃ ꝙ
obediuit deo:q̃uis hoc ſm ſe ꝫſideratuꝫ ſit
cõiter ꝫ rectitudinẽ rõnis humane:ita etiaꝫ
Oſee nõ peccauit fornicãdo ex pcepto diui
no nec talis ꝫcubitꝰ ꝓpe fornicatio dꝫ dici:
q̃uis fornicatio noīeẗ referẽdo ad curſum
cõeꝫ.Vñ Augꝰ dic̃ ꝫº ꝫfeſ.Qñ ds̃ aliqḋ ꝫ mo
rẽ aut pactũ q̃rũlibꝫ iubet.ꝛ ſi nũq̃ ibi factũ
ẽ:faciendũ eſt.ꝛ poſtea ſubdit.Sic.n.i po
teſtatibꝰ ſocietatis humane maior ptãs mi
nori ad obediẽdũ pponiẗ:ita ds̃ oībꝰ. ¶ Ad
tertiũ dõ ꝙ Abram ꝛ Jacob ad ancillas ac
ceſſerũt nõ q̃i fornicario ꝫcubitu vt ĩfra pa
tebit cũ de m̃rimonio ageẗ. Judã aũt nõ eſt
neceſſariũ a peccato excuſare q etiã auctor
fuit vẽditõis Joſeph. ¶ Ad quartuꝫ dõ ꝙ
fornicatio ſimplex ꝫriaẗ dilectõi ꝓximi q̃tũ
ad h̃ ꝙ repug̃t bono ꝓlis naſciture: vt oñ
ſuꝫ ẽ.dũ.ſ.dat operã gn̄atõi nõ h̃ꝫ ꝙ ꝫuenit
ꝓli naſciture. ¶ Ad q̃ntũ dõ ꝙ p opa pieta
tis ille q lubricũ carnis patiẗ liberaẗ a ꝑditi
one ẽt̃na inq̃tũ p hꝰmõi opera diſponiẗ ad
hoc ꝙ grãꝫ cõſeq̃tur p quã peniteat.ꝛ inq̃
tũ p hꝰmõi opa ſatiſfacit de lubrico carnis
ꝫmiſſo.Nõ ãt ita ꝙ ſi ĩ lubrico carnis pſeue
ret ĩpenitẽs vſq̃ ad mortẽ p pietatis opera
libeẗ. ¶ Ad ſextũ dõ ꝙ ex vno ꝫcubitu põt
vnꝰ hõ gn̄ari.ꝛ iõ ĩordinatio ꝫcubitꝰ q̃ ĩpe
dit bonũ ꝓlis naſciture ex ĩpo genere actꝰ ẽ
pctm̃ mortale.ꝛ nõ ſolũ ex ĩordinatõe ꝫcupi
ſcentie.Ex vna ãt comeſtione nõ ĩpediẗ bo
nũ totius vite vnius hoīs:ꝛ iõ ille actꝰ ex ſuo
genere nõ ẽ pctm̃ mortale:eẽt tamẽ ſi qs ſci
enter cibũ comedẽt q totã ꝫditõeꝫ vite eius
ĩmutaret:ſic pꝫ de Adã:nec tñ fornicatio ẽ
minimũ pctõꝝ q̃ ſub luxuria ꝫtineẗ:minus
.n.ẽ ꝫcubitꝰ cũ vxore qui fit ex libidine.

## Ad tertiuꝫ ſic proce

diẗ.Videẗ ꝙ fornicatio ſit g̃uiſſimũ pctm̃.
Tãto.n.videẗ pctm̃ g̃uius q̃to ex maiore
libidine ꝓcedit.ſꝫ maxĩa libido ẽ ĩ fornicati
one:dr̃.n.in glo.i.ad Cor.7º. ꝙ ardor libi
dinis ĩ luxuria ẽ maximꝰ.g̃ vr̃ ꝙ fornicatio
ſit g̃uiſſimũ pctm̃. ¶ P. Tãto aliquis ma
gis peccat:q̃to ĩ rẽ ſibi magis cõiunctã deli
quit:ſicut g̃uius peccat q ꝑcutit patrẽ q̃ q
ꝑcutit extraneũ.ſꝫ ſicut dr̃.i.ad Cor.6º. q for
nicaẗ:ĩ corpus ſuũ peccat:qḋ ẽ hoī ꝫiunctiſ
ſimũ.g̃ vr̃ ꝙ fornicatio ſit grauiſſimũ pctm̃
¶ P. Quãto aliqḋ bonũ ẽ maius:tanto pec
catũ qḋ ꝫ id cõmittiẗ vr̃ eẽ grauꝰ.ſꝫ peccatũ
fornicatõis vr̃ eſſe ꝫ bonũ totius humãi ge
neris vt pꝫ ex p̃dictis.eſt etiã ꝫ xp̃m ſm illḋ
.i.ad Cor.6º. Tollẽs mẽbra xp̃i:faciã mẽbra
meretricis.g̃ fornicatio ẽ g̃uiſſimum pctm̃.
¶ Sed ꝫ eſt qḋ Gregꝰ dicit ꝙ pctã carnalia
ſũt minoris culpe q̃ pctã ſp̃ualia. ¶ Rº dõ
ꝙ grauitas alicuiꝰ pcti põt attẽdi dupliciẗ.
vnoº ſm ſe.alioº ſm accidẽs. Scḋm ſe qdẽ
attẽdiẗ g̃uitas pcti ex rõe ſue ſpẽi q̃ ꝫſidera
tur ſm bonũ cui pctm̃ opponiẗ.Fornicatio
aũt ẽ ꝫ bonũ hoīs naſcituri.ꝛ iõ ẽ g̃uiꝰ pec
catũ ſm ſpẽꝫ ſuã pctĩs que ſũt ꝫ bona extio
ra:ſicut ẽ furtũ ꝛ alia huiuſmõi.Minus eſt
ãt pctĩs q̃ ſũt directe ꝫ deũ.ꝛ pctõ qḋ ẽ ꝫ vi
tã hoīs iã nati:ſicut ẽ homicidiũ. ¶ Ad pri
mũ g̃ dicendũ ꝙ libido q̃ agg̃uat pctm̃ ẽ q̃
ꝫſiſtit ĩ ĩclinatõe volũtatis. Libido aũt q̃ ẽ
in appetitu ſenſitiuo diminuit pctm̃:q2 q̃to
aliqs ex maiori paſſione ĩpulſus peccat:tan
to leuiꝰ ẽ pctm̃.ꝛ h̃ mõ libido ĩ fornicatione
ẽ maxĩa.Et ide ẽ qḋ Augꝰ dic̃ ĩ liº de agone
xp̃iano.ꝙ iter oĩa xp̃ianoꝝ certamia durio
ra ſũt ꝓlia caſtitatis:vbi ẽ q̃tidiana pugna ꝛ
rara victoria.Et Jſidorꝰ dic̃ ĩ liº de ſũmo bo
no.ꝙ magis p carnis luxuriã hũanũ genus
ſubdiẗ diabolo q̃ p aliqḋ aliud:q2.ſ.difficili
us ẽ vincere vehemẽtiã hꝰmodi paſſionis.
¶ Ad ſecũdũ dicẽdum ꝙ ille q fornicaẗ dr̃
peccare in corpus ſuũ nõ ſolũ qa fornicatio
nis delectatio ꝫſũmaẗ ĩ carne qḋ etiã ĩ gula
accidit.ſꝫ etiã q2 ꝫ bonũ ꝓpꝛij corpis agit q
fornicaẗ:inq̃tũ.ſ.ĩdebite reſoluit illud ꝛ in
qnat ꝛ alti ꝫmiſcet:nec tñ ꝓpt̃ h̃ ſeq̃ẗ ꝙ for
nicatio ſit grauiſſimũ pctm̃:qa rõ ĩ homine
p̃ualet corpi:vñ ſi ſit pctm̃ magis repugnans
rõni:g̃uiꝰ erit. ¶ Ad tertiũ dõ ꝙ peccatum
fornicatõis ẽ ꝫ bonũ ſpẽi humane inq̃tum
impedit gn̄atõem ſingularẽ vnius hoīs na
ſcituri:magis.n.ptingit ad rõeꝫ ſpẽi q actu
iã pticipat ſpẽm:q̃ q ẽ potẽtia boni.ꝛ ſm h̃
etiã homicidiũ ẽ grauiꝰ q̃ fornicatio ꝛ oẽs
luxurie ſpẽs:tanq̃ magis bono ſpẽi hũane
repugnãs:bonũ etiã diuinũ ẽ maiꝰ bono ſpẽi
hũane.ꝛ iõ etiã pctã q̃ ſũt ꝫ deũ ſũt maiora

nec fornicatio ē,directe pctm̄ ī deū q̄i forni
cator dei offenſaʒ ītēdat:ſʒ ex ↄ̄ſti: ſic ⁊ oīa
pctā mortalia:ſicut.n.mēbra corporis nr̄i ſr̄
mēbra xp̄i:ita etiā ⁊ ſpūs nr̄ ē vnū cū xp̄o:ſʒ
id.i.ad Corī.6°.Qui adhēt deo vn⁹ ſpūs eſt.
vn̄ etiā pctā ſpūalia ſunt magis contra xp̄m
q̄ȝ fornicatio.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄.Videt̄ q̄ in tactib⁹ ⁊ oſculis nō conſi
ſtat pctm̄ mortale.Apl̄s.n.ad Eph.5° dicit
Fornicatio aūt ⁊ oīs īmunditia aut auari
cia nec noīet̄ ī vob̄ ſicut decet ſcōs.Subdit
āt.aut turpitudo.glo.vt ī oſculis ⁊ amplexi
bus:aut ſtultiloquiū vt blāda v̄ba aut ſcur
rilitas q̄ a ſtultꝭ curialitas dr̄.i.iocularitas:
poſtea āt ſubdit.Hoc.n.ſcitote ītelligentes
q̄ oīs fornicator:aut īmūdus:aut auar⁹ qd̄
ē idolor̄ ſuit⁹ nō hʒ hereditatē in reg̊ xp̄i ⁊
dei:vbi nō replicat de turpitudine.ſic nec d̄
ſtultilogo aut ſcurrilitate.g̊ iſta n̄ ſunt pctā
mortalia. ¶ P.Fornicatio dr̄ eē pctm̄ mor
tale ex h̄ q̄ p eā īpedit̄ bonū ꝑlis gnāde ⁊
educāde.ſʒ ad h̄ nihil operāt̄ oſcula ⁊ tact⁹
ſiue amplexus.g̊ ī his nō ↄtigit pctm̄ morta
le. ¶ P.Illa que ſm̄ ſe ſūt pctā mortalia nū
q̄ȝ pn̄t bn̄ fieri.ſʒ oſcula ⁊ tact⁹ ⁊ huiuſmodi
pn̄t q̄nq̄ȝ fieri abſq̄ȝ pctō.g̊ nō ſūt ſm̄ ſe pec
cata mortalia. ¶ Sʒ ↄ̄.Min⁹ ē aſpect⁹ libi
dinoſus q̄ȝ tact⁹ amplexus vl̄ oſculū. ſʒ aſpe
ctus libidinoſus ē pctm̄ mortale : ſm̄ illud
Math.5°.Qui viderit mulierē ad ↄcupiſcē
dū eā.iā mechat⁹ ē in corde ſuo.g̊ m̄lto ma
gis oſculū libidinoſū ⁊ alia h⁹mōi ſunt pctā
mortalia. ¶ P.Cypⁱan⁹ad Pōponeū de v̄gi
nitate dic̄.Certe ipe ↄcubit⁹:ipe āplexus : ip
ſa ↄfabulatio.⁊ oſculatio.⁊ ↄiacētiū duorū
turpis ⁊ feda dormitio q̄ȝtū dedecoris ⁊ cri
minis ſit ↄfitet̄.g̊ p p̄dicta hō ſit reus crimi
nis .i.pctī mortalis. ¶ R° dō q̄ aliqd dr̄ eē
pctm̄ mortale dupl̄r.Uno° ſm̄ ſpēm ſuā: ⁊
h̄ mō oſculū āplexus vl̄ tact⁹:ſm̄ ſuā rōem
nō noīant pctm̄ mortale:poſſunt.n.h̄ abſq̄ȝ
libidine fieri: vl̄ ꝑpter ↄſuetudinē p̄rie vel
ꝑpt̄ aliquā neceſſitatē aut rōnabilē cauſaȝ
Alio° dicit̄ aliqd eē pctm̄ mortale ex ſua cā
ſicut ille q̄ dat eł'ynā vt aliquem inducat ad
hereſim:mortal̄r peccat ꝑpt̄ ītētōem corru
ptā.Dictū ē aūt,ſ̄ q̄ ↄſenſus ī delectatōem
pctī mortalis ē pctm̄ mortale.⁊ nō ſolū con
ſenſus ī actū.⁊ iō cū fornicatio ſit peccatuʒ
mortale.⁊ multo magꝭ alie luxurie ſpēs:con
ſequēs ē q̄ cōſenſus ī delectatōeʒ talis pctī
ſit pctm̄ mortale.⁊ nō ſolū ↄſenſus ī actū. ⁊
iō cū oſcula ⁊ āplex⁹ h⁹mōi:ꝑpt̄ delectatio
nē huiuſmōi fiāt:ↄſeq̄ns ē q̄ ſint pctā mor
talia:⁊ ſic ſolū dicūt̄ libidinoſa. vn̄ h⁹modi
ſm̄ q̄ libidinoſa ſūt:ſunt peccata mortalia.
¶ Ad p̄mum g̊ dō q̄ apl̄s iō nō reſumit illa
tria q2 nō hn̄t nomē pctī niſi ſm̄ q̄ ordināt̄
ad p̄cedētia ¶ Ad ſecūdū dicēdū q̄ oſcula
⁊ tact⁹ q̄ȝuis ſm̄ ſe n̄ ipediāt bonū ꝑlis hūa
ne:ꝑcedūt tn̄ ex libidie q̄ ē radix huiuſmōi
impedimēti.⁊ ex h̄ hn̄t rōem pctī mortalis.
¶ Ad tertiū dō q̄ rō illa ↄcludit q̄ h⁹modi
nō ſunt pctā ſm̄ ſuā ſpēm.

## Ad quintum ſic pro

cedit̄.Videt̄ q̄ nocturna pollutio ſit pctm̄
Meritū.n.et demeritū hn̄t fieri circa idē.ſʒ
dormiēs pōt mereri:ſicut pʒ de Salomone
q̄ dormiēs a dn̄o donū ſapiētie ipetrauit:vt
dr̄.3.Re.3°.⁊.2.palipo.p̄.g̊ in dormiēdo pōt
aliqs demereri.⁊ ita vr̄ q̄ nocturna pollu
tio ſit pctm̄ ¶ P.Quicūq̄ȝ hʒ vſū rōnis:pōt
peccare.ſʒ ī dormidēo aliqs hʒ vſū rōnis:q2
frequēter aliqs in ſomnis rōcinat̄ ⁊ p̄elegit
vnū alteri.ↄſentiēs vel diſſentiēs.g̊ in dor
miēdo pōt aliqs peccare:⁊ ita ꝑpter ſōnum
nocturna pollutio nō ipedit̄ q̄n ſit pctm̄:cū
ex genere act⁹ſit pctm̄. ¶ P.Fruſtra icrepat̄
et iſtruit̄ q̄ n̄ pōt vti vl̄ agē ſʒ rōeʒ vl̄ ↄ̄ rōem
ſʒ hō ī ſomnis iſtruit̄ a deo et icrepat̄ ſm̄ il
lud Job.33°.Per ſomniū ī viſiōe nocturna
qn̄ ſopor ſolet occupare hoīes.tunc apit au
res viror:et erudiēs eos iſtruit diſciplina.g̊
in ſomnis pōt aliqs agere ſm̄ rōneʒ vl̄ ↄ̄ rō
nē qd̄ eſt bn̄ agere vl̄ peccare.et ſic vr̄ q̄ no
cturna pollutō ſit pctm̄. ¶ Sʒ ↄ̄ ē qd̄ Aug⁹
dic̄.12°.ſup Gen̄.ad lr̄aȝ.Ipſa fantaſia q̄ ſit ī
cogitatōe ſermocionātis:cū expſſa fuerit in
viſione ſomniātis vt inter illā et verā ↄiūcti
onē corpor nō diſcernat̄ ↄtinue mouet̄ ca
ro.⁊ ſeq̄t̄ qd̄ eū motū ſequi ſolet:et cū h̄ tā
ſine pctō fiat q̄ȝ cū pctō a vigilātib⁹ dr̄ q̄ vt
diceret̄ ſine dubio cogitatū ē. ¶ R° dō q̄
nocturna pollutio dupl̄r pōt conſiderari.
Uno mō ſm̄ ſe.et h̄ mō nō hʒ rōem pctī:oē
.n.pctm̄ dependet ex iudicio rōis. q2 etiam
p̄m⁹ mot⁹ſenſualitatis nō hʒ q̄ ſit pctm̄ niſi
inq̄ȝtū iudicio rōis rep̄mi pōt: et iō ſublato
iudicio rationis tollit̄ rō pctī.in dormiēdo

aũt rõ nõ hȝ liberꝝ iudiciũ. Nullus.n. ẽ dor
miẽs q nõ intẽdat aliq̄bus ſiſitudinib⁹ fãtaſ
matũ velut reb⁹ ipis: vt pȝ ex his q̄ i pmo di
cta ſũt. ⁊ iõ id qđ agit hõ dormiẽs q nõ hẽt
liberꝝ iudiciũ rõnis nõ iputat̃ ei ad culpã: ſic̃
nec illud qđ agit furioſus aut amens. Alio⁹
põt ↄſiderari nocturna pollutio p cõparati
onẽ ad ſuã cãm: q̄ põt eſſe triplex. Una qđẽ
corporalis: cũ.n. humor ſeminalis ſupabun
dat i corpore: vl̃ cũ facta ẽ humoꝝ reſolutõ
vl̃ p nimiã calefactõeȝ corpis: vl̃ p quãcũq̧
aliã cõmotõem ſomniat dormiens ea q̄ pti
nẽt ad expulſionẽ huiuſmõi humoris abun
dantis vl̃ reſoluti. ſicut etiã ↄtingit qñ natu
ra grauat̃ ex aliq̄ alia ſupfluitate: ita ꝙ qñꝫ
formãt̃ in imaginatõe fantaſmata ptinẽtia
ad emiſſionẽ taliũ ſupfluitatum: ſi igit̃ ſupa
bundãtia talis humoris ſit ex cã culpabili:
puta cũ eſt ex ſupfluitate cibi vl̃ pot⁹: tunc
nocturna pollutio hẽt rõem culpe ex ſua cã
ſi ãt ſupabũdantia ul̃ reſolutio talis hũoris
nõ ſit ex aliq̄ cã culpabili: tũc nocturna pol
lutio nõ ẽ culpabilis: nec i ſe: nec in ſua cã.
Alia võ cã nocturne pollutõis põt eẽ aĩalis
iterioꝝ. puta cũ ex cogitatõe p̄cedẽti ↄtingit
aliquẽ dormiẽtẽ pollui. Cogitatio aũt q̄ i vi
gilia p̄ceſſit qñꝫ ẽ pure ſpeculatiua: puta cũ
aliq̄s cã diſputatõis cogitat de pctis carna
lib⁹. qñq̧ aũt ẽ cũ aliq̄ affectõe: vl̃ ↄcupiſcẽ
tie vl̃ horroris. Cõtingit aũt magis pollutio
nocturna ex cogitatõe carnaliũ vitioꝝ que
ſũt cũ ↄcupiſcẽtia taliũ delectatõum: q꞉ ex
h̄ remanet qđdã veſtigiũ ⁊ inclinatio i aĩa:
ita ꝙ dormiẽs facilius iducit̃ i ſua imagina
tõe ad aſſẽtiẽdũ actib⁹ ex quibus ſeq̃t̃ pol
lutio: ſm h̄ phs dicit i p̄ ethicoꝝ. ꝙ inq̄ſtum
paulatiȝ ptrãſeũt quidã mot⁹ a vigilãtibus
ad dormiẽtes: melioꝛa fiũt fãtaſmata ſtudio
ſoꝝ q̄ q̄rũlibꝫ. Et Aug⁹ dic̃. 12⁰. ſup Geñ. ad lit
terã: ꝙ ppt̃ bonã aĩe affectõeȝ q̄dã ei⁹ mẽita
etiã i ſõnis clarẽt. ⁊ ſic pȝ ꝙ nocturna pollu
tio hẽt rõeȝ culpe ex parte ſue cãe. Quñq̧ tñ
ↄtigit ꝙ ex p̄cedẽti cogitatõe carnaliũ actu
uȝ etiã ſpeculatiua: vel ſi ſit cũ horrore: ſeq̃t̃
i ſõnis pollutio. ⁊ tũc nõ hȝ rõeȝ culpe: nec
i ſe: nec i ſua cã. Tertia võ cã ẽ ſpũalis extri
ſeca. puta cũ ex opatõe demonis ↄmouent̃
fantaſmata dormiẽtis in ordine ad talẽ effe
ctũ. ⁊ h̄ qđẽ qñq̧ ẽ cũ peccato precedẽti. ſ.
negligẽtia p̄pandi ſe ↄ̄ demonis illuſiones.
vñ ⁊ in ſero cãtat̃. Poſtẽq̧ nr̃m comprime
ne polluãtur corpora. qñq̧ võ ẽ abſq̧ oĩ cul
pa hoĩs ex ſola neq̄tia demonis. Sicut i col
latõibus patrũ legit̃ de quodã q ſemp i die
bus feſtiuis pollutõem nocturnã patiebat̃
hoc diabolo p̄curãte vt ipediret̃ a ſacra cõi
one. Sic igit̃ pȝ ꝙ nocturna pollutio nunq̄ꝫ
eſt pctm̃. ſȝ qñꝫ ẽ ſequela peccati p̄cedẽtis.
¶ Ad pmũ g̃ dđ ꝙ Salomõ nõ meruit in
dormiẽdo ſapiam a deo. ſȝ fuit ſignũ p̄cedẽ
tis deſideriȷ: ppt̃ qđ dr̃ talis petitio deo pla
cuiſſe: vt Aug⁹ dic̃. 12⁰. ſup Geñ. ad litteram.
¶ Ad ſcđm dđ ꝙ ſm ꝙ vires ſenſitiue iteri
ores magis vl̃ minus opprimunt̃ a ſõno ppt̃
vaporis turbulẽtiã vl̃ puritatẽ: ſȝ hoc vſus
rõnis magis vl̃ minus ipedit̃ i dormiẽdo: ſp
tñ q̄tũ ad aliq̄d ipedit̃ vt nõ poſſit oĩno libe
rũ iudiciũ hẽre. vt i pma pte dictũ eſt. ⁊ iõ ñ
imputat̃ ei ad culpã qđ tũc agit. ¶ Ad ter
tiũ dđ ꝙ apprehẽſio rõnis nõ ita impeditur
a ſõno ſicut eius iudiciũ qđ pficit̃ p cõuerſi
onẽ ad ſenſibilia que ſũt pma p̄ncipia cogni
tionis humane. ⁊ iõ nihil p̄hibet hoĩem ſȝ
rõem apprehẽdẽ aliq̄d de nouo i dormien
do vl̃ ex ipis reliquiȷs p̄cedẽtiũ cogitatõuȝ
⁊ fantaſmatibus oblatis: vl̃ etiã ex reuelatio
ne diuina: aut imiſſione angeli boni vl̃ mali

## Ad ſextum ſic proce

dit̃. Videt̃ ꝙ ſtuprũ nõ debeat poni vna ſpe
cies luxurie. Stuprũ.n. iportat illicitã virgi
nũ defloratõem: vt hr̃ i decretis. 36. q. i. ſȝ h̄
põt eẽ ſoluti cũ ſoluta qđ ptinet ad fornica
tõem. g̃ ſtuprũ nõ dȝ poni ſpẽs luxurie a for
nicatõe diſtincta. ¶ P̄. Amb⁹. dicit in li⁰ de
pr̃iarchis. Nemo ſibi blandiat̃ de legib⁹ ho
minũ: oẽ ſtupꝝ adulteriũ eſt. ſed ſpecierũ ex
oppoſito diuerſaꝝ vna nõ cõtinet̃ ſub alia.
cũ g̃ adulteriuȝ ponat̃ ſpẽs luxurie: vr̃ ꝙ ſtu
prũ ſpẽs luxurie poni nõ đbeat. ¶ P̄. Infer
re alicui iniuriã videt̃ magis ad iniuſticiaȝ
q̄ ad luxuriã pertinẽ. ſȝ ille q ſtupꝛuȝ cõmit
tit iniuriã fac̃ alteri. ſ. pr̃i puelle quã corrũ
pit qui põt ad aĩum ſuũ iniuriã reuocare: ⁊
agẽ actõe iniuriaꝝ ↄ̄ ſtupratorẽ. g̃ ſtuprũ nõ
dȝ poni ſpẽs luxurie. ¶ Sȝ ↄ̄ ẽ ꝙ ſtuprũ pro
p̄e ↄſiſtit i actu venereo q̄ virgo deflorat̃. cũ
igit̃ luxuria p̄prie ſit circa venerea: vr̃ ꝙ ſtu
prum ſit ſpẽs luxurie. ¶ R̃⁰ dđ ꝙ vbi circa
mãꝫ alicuius vitiȷ occurrit aliqua ſpãlis de
formitas: ibi dȝ poni determinata ſpẽs illius
vitiȷ. luxuria aũt ẽ pctm̃ circa venerea ex

vt ſ̄ dictū eſt. Jn virgine āt ſub cuſtodia pa
tris exiſtente quedam deformitas ſpālis oc
currit ſi corrūpaẗ. tū ex parte puelle que ex
ħ ꝙ violaẗ nulla pactōe ꝯiugali p̄cedente im
pediẗ a legitimo mr̄imonio ꝯſequēdo. et po
niẗ ī via meretricādi a q̄ r̄trahebaẗ ne ſigna
culū virginitatis amittēt. tū etiā ex parte pa
tris: q de ei⁹ cuſtodia ſollicitudinē gerit ꝭm
id Eccl. 42°. Sup filiā luxurioſā ꝯfirma cu
ſtodiā: ne quādo faciet te in opprobriū veni
re inimicis. et iō manifeſtū ē ꝙ ſtuprū quod
īportat illicitā v̄ginū defloratōem ſub cura
parētū exiſtētiū: eſt deīminata luxurie ſpēs.
¶ Ad p̄mū ḡ dō ꝙ q̄uis v̄go ſit ſoluta a vi
culo mr̄imonij: non tamen eſt ſoluta a pr̄is
ptāte. habet etiā ſpāle īpedimētū fornicarij
cōcubitus virginitat ſignū: qđ nō dꝫ niſi ꝑ
matrimoniū auferri. vn̄ ſtuprū nō ē fornica
tio ſimplex: ſꝫ cōcubitus qui fit cū meretrici
bus. i. mulierib⁹ iā corrupt: vt pꝫ ꝑ glo. 2. ad
Cor. 12°. ſup illud: qui nō egerūt penitētiā
ſup īmūditia et fornicatōe. ꝛc̄. ¶ Ad ſecun
dū dō ꝙ Amb° ibi alr̄ accipit ſtuprū ꝓut
.ſ. cōiter accipit ꝓ oī pctō luxurie. vn̄ ſtuprū
ibi noīat ꝯcubitū viri ꝯiugati cū q̄cūq̄ alia
muliere p̄ter vxorē: qđ pꝫ ex ħ qđ ſubdit. nec
viro licet qđ mulieri n̄ licet. et ħ mō etiā ac
cipiẗ Numeri 5°. vbi dr̄. Si latet adulteriū
et teſtib⁹ argui nō pōt: q2 nō eſt īuēta in ſtu
pro. ꝛc̄. ¶ Ad t̄tiū dō ꝙ nihil ꝓhibet vnum
pctm̄ ex adiunctōe alterius deformius fieri
Fit āt deformius pctm̄ luxurie ex pctō iniu
ſticie: q2 videẗ cōcupiſcētia eē inordinatior
q̄ a delectabili nō abſtinet vt iniuriā vitet.
Habet aūt duplicē iniuriā ānexam. Unam
qdē ex pte v̄ginis: quā etſi nō vi corrūpat tn̄
eā ſeducit. et ſic teneẗ ei ſatiſfacē. Un̄ diciẗ
Exo. 22°. Si ſeduxerit qs v̄ginē nōdū deſpō
ſatā: dormieritq̄ cū ea. dotabit eā et hēbit
vxorē. ſi āt pr̄ v̄ginis dare noluerit: reddet
pecuniā iuxta modū dotis quā v̄gines acci
pere conſueuerūt. Aliam vero iniuriā facit
patri puelle: vnde et ei ꝭm legem teneẗ ad
penā. Diciẗ. n. Deut°. 22°. Si īuenerit vir pu
ellam virginē q̄ nō hēt ſponſū et appreben
dēs ꝯcubuerit cū illa. ꝛ res ad iudiciū vene
rit: dabit q dormiuit cū ea patri puelle. 50. ſi
clos argēti. et hēbit eā vxorē: et q2 humilia
uit illā: nō poterit dimittere eā cūctis dieb⁹
vite ſue. et ħ ideo ne videaẗ ludibriū feciſſe
vt Aug⁹ dicit.

# Ad ſeptimuꝫ ſic pro

cediẗ. Videẗ ꝙ rapt⁹ nō ſit ſpēs luxurie diſti
cta a ſtupro. Dic̄. n. Jſidor⁹ ī li° ethimol. ꝙ
ſtuprū. i. rapt⁹ ꝓp̄e eſt illicit⁹ coit⁹ a corrūpē
do dict⁹. vn̄ et q raptu potiẗ: ſtupro fruiẗ. ḡ
vr̄ ꝙ raptus nō debeat poni ſpēs luxurie a
ſtupro diſtincta. ¶ ꝑ. Rapt⁹ vr̄ quādā vio
lētiā importare. dr̄. n. in decretis. 36. q. i. ꝙ
rapt⁹ cōmittiẗ: cū puella violent̄ a domo pa
tris abduciẗ: vt corrupta ī vxorē hēatur. ſꝫ ħ
ꝙ violētia alicui inferaẗ. per accidēs ſe hēt
ad luxuriā q̄ per ſe reſpicit delectatōem cō
cubit⁹. ḡ vr̄ ꝙ raptus nō debeat poni deīmi
nata ſpēs luxurie ¶ ꝑ. Pctm̄ luxurie ꝑ ma
trimoniū cohibeẗ: dr̄. n. i. ad Cor. 7°. ꝓp̄t lu
xuriā vnuſq̄ſq̄ ſuā vxorē hēat. ſꝫ rapt⁹ impe
dit mr̄imoniū ſequēs: dr̄. n. in ꝯcilio Mel
denſi. Placuit vt hi q rapiūt feminas vel fu
rātur vel ſeducūt: eas nullatenus hēant vxo
res: q̄uis eas poſtmodū nuptialr̄ cū ꝯſenſu
parētū ſuoꝝ ſuſceperīt. ḡ raptus n̄ ē deīmia
ta ſpēs luxurie. ¶ ꝑ. Aliq̄s pōt cog̃ſcē ſuā
ſponſā abſq̄ pctō luxurie. ſed raptus pōt cō
mitti ſi aliquis violēter ſpōſā ſuā auferat de
domo parētū: et eā carnalr̄ cog̃ſcat. ḡ rapt⁹
non dꝫ poni deīminata ſpēs luxurie ¶ Sꝫ
ꝯ eſt ꝙ rapt⁹ ē illicit⁹ coitus: vt Jſidor⁹ dic̄.
ſꝫ ħ ꝑtinet ad pctm̄ luxurie. ḡ rapt⁹ ē ſpēs lu
xurie. ¶ R° dō ꝙ rapt⁹ ꝓut nūc de eo loq
mur ē ſpēs luxurie: et q̄n̄q̄ quidē in idē cō
currit cū ſtupro: q̄n̄q̄ aūt inueniẗ rapt⁹ ſine
ſtupro q̄n̄q̄ v̄o ſtupꝝ ſine raptu. Cōcurrunt
qdē in idē q̄n̄ aliq̄s violētiā infert ad v̄ginē
illicite deflorādā: que quidē violentia q̄n̄q̄
īferẗ tā ipſi v̄gini q̄ pr̄i. q̄n̄q̄ aūt inferẗ pr̄i
ſꝫ nō v̄gini: puta cū ipa ꝯſentit vt ꝑ violētiā
de domo pr̄is abſtrahaẗ. Differt etiā violen
tia et rapt⁹ alio mō: q2 q̄n̄q̄ puella violenter
abduciẗ a domo parētū et violēter corrūpiẗ
q̄n̄q̄ aūt etſi violēter abducaẗ: nō tn̄ violen
ter corrūpiẗ ſꝫ de volūtate v̄gis: ſiue corrum
paẗ fornicario ꝯcubitu ſiue mr̄imoniali: q̄li
tercūq̄. n. violētia aſſit ſaluaẗ rō rapt⁹. Jn
ueniẗ āt rapt⁹ ſin̄ ſtupro: puta ſi aliq̄s rapiat
viduā vl̄ puellā corruptā. vn̄ Symach⁹ papa
dic̄. Raptores viduaꝝ vl̄ v̄ginū ob īmanita
tē facinor tāti ꝺteſtamur. Stupꝝ v̄o ſin̄ ra
ptu īueniẗ: q̄n̄ aliq̄s abſq̄ violētie illatione
v̄ginē illicite deflorat. ¶ Ad p̄mum ḡ dō ꝙ
q2 rapt⁹ plerūq̄ cū ſtupro ī idē ꝯcurrit: ideo

qñcꝙ vnū ꝑ alio ponit. ¶ Ad ſcōm dō ꝙ il
latio violētie vr̄ ꝓcedere ex magnitudine cō
cupiſcētie ex qua aliqs nō refugit ꝑiculoſe
initere violētie īferēde. ¶ Ad tertium dō ꝙ
alr̄ ē dō de raptu puellarū q̄ ſūt alijs deſpō
ſate: ⁊ alr̄ de raptu illaꝝ q̄ nō ſūt alijs deſpō
ſate. Ille .n. que ſūt alijs deſponſate reſtituē
de ſūt ſuis ſpōſis q̄ in eis ex ipa deſponſatōe
ius hn̄t. ille aūt q̄ nō ſūt alijs deſpōſate ꝑmo
reſtituēde ſūt pr̄is ptāti: ⁊ tūc de voluntate
parētū licite poſſūt eas in vxores cape: ſi tn̄
alr̄ fiat: illicite mr̄imoniū ɔtrahit. tenet .n.
qcunqꝫ rē capit: ad ei⁹ reſtitutōem: nec tn̄ ra
ptus dirimit mr̄imoniū iā ɔ̄ctū: ⁊ ſi īpediat
ɔtrahēdū. qd aūt dr̄ in ꝑdicto ɔcilio: dictuꝫ
ē in deteſtatōem illius crimis: ⁊ ē abrogatū
Vn̄ Diero⁹ ɔ̄ɔiū dicit. Tria ingt coniugia le
gitima ī ſcripturis legūt. Primū eſt v̄go ca
ſta ī virginitate viro data legitime. Secūdū
ē v̄go in ciuitate deꝑhēſa a viro ⁊ illi ꝑ vim
copulata: ſi voluerit pater ei⁹ dotabit eā iſte
vir quātū iudicauerit pater ⁊ dabit ꝑciū pu
dicitie eius. Tertiū aūt ē qn̄ aufert ei ⁊ tra
ditur alteri de volūtate patris. Vel pōt intel
ligi de illis que ſunt alijs deſponſate: ⁊ maxi
me per v̄ba de pn̄ti. ¶ Ad quartū dicēdum
ꝙ ſponſus ex ipſa deſponſatōe hēt aliqd iuſ
in ſua ſponſa. ⁊ iō ɋ̄uis peccet violētiā infe
rēdo: excuſat tn̄ a crimīe rapt⁹. vn̄ Gelaſius
papa dicit. Lex illa preteritoꝝ ꝑncipū ibi ra
ptū dixit eē cōmiſſum: vbi puella de cui⁹ nu
ptijs nihil actū fuerat videbat abducta.

## Ad octauum ſic pro

cedit. Vr̄ ꝙ adulteriū nō ſit deťminata ſpēs
luxurie ab alijs diſtincta. Dicit .n. adulteriū
ex eo ꝙ aliqs ad alterā accedit pret ſuā: ſic
dicit q̄dā glo. ſup Exodū. ſꝫ alia mulier ꝑter
ſuā pōt eē diuerſaꝝ ɔditionū. ſ. vel v̄go vel in
ptāte pr̄is exn̄s vl̄ meretrix: vl̄ cuiuſcūqꝫ al
teri⁹ ɔditōis. ḡ vr̄ ꝙ adulteriū non ſit ſpēs
luxurie ab alijs diſtincta. ¶ P. Diero⁹ dicit
ꝙ nihil intereſt ex qua cā quis inſaniat. Vn̄
Sixt⁹ pithagoric⁹: adulter ingt ē amator ar
dentior in ſuā vxorē: ⁊ ꝑi rōe ī ɋ̄libet aliam
mulierē. ſꝫ in oī luxuria ē amor ardētior ḋbi
to. ḡ adulteriū inuenit in omni luxuria. non
ḡ dꝫ poni luxurie ſpēs. ¶ P. Vbi eſt eadem
rō deformitatis: ibi nō vr̄ eſſe alia ſpēs pctī
ſed ī ſtupro ⁊ adulterio videt eē eadē rō de
formitatis: q̄a vtrobiqꝫ violat mulier aliene
ptāti ſubiecta. ḡ adulteriū nō ē determinata
ſpēs luxurie ab alijs diſtincta. ¶ Sed ɔ̄ eſt
qd Leo papa dicit: ꝙ adulteriū cōmittit: cū
ꝓpe libidinis inſtinctu vel aliene ɔſenſu cū
altero vl̄ altera ɔ̄ pactū ɔiugale ɔtrahit: ſed
h̄ importat ſpālē ḋformitatē luxurie. ḡ adul
teriū ē determinata ſpēs luxurie. ¶ R. di
cendū ꝙ adulteriū ſicut ipm nomē ſonat ē
acceſſus ad alienū thoꝝ. In quo q̄dē duplr̄
ɔ̄ caſtitatē hūane generatōis boīum aliqs
delinqt. ꝑ q̄dē in ɋ̄tū accedit ad mulierē nō
ſibi mr̄imonio copulatā: qd reqrit ad bonū
ꝓlis ꝓpe educāde. Alio⁹ qꝛ accedit ad muli
erē alteri ꝑ mr̄imoniū copulatā: ⁊ ſic īpedit
bonū ꝓlis aliene. Eadē rō ē de muliere cōiu
gata que ꝑ adulteriū corrūpit. Vn̄ dr̄ Eccl.
23. Ois mulier relinquēs viꝝ ſuū peccabit. ꝑ
enim in lege altiſſimi incredibilis fuit: in q̄
.s. ꝑcipit. Nō mechaberis. ⁊ 2° virū ſuū de
relinquit ī q̄ fac ɔ̄ certitudinē ꝓlis ei⁹. 3° in
adlťerio fornicata ē. ⁊ ex alio viro filios ſta
tuit ſibi: qd ē ɔ̄ bonū ꝓpe ꝓlis: ſꝫ ꝑmū ē cōe ī
oībus peccatis mortalib⁹. Alia vō duo ſpāli
ter ꝑtinēt ad deformitatē adulterij. Vn̄ ma
nifeſtū ē ꝙ adulteriū ē deťminata ſpēs luxu
rie: vtpote ſpālē deformitatē hn̄s circa actuſ
venereos. ¶ Ad primū ḡ dō ꝙ ille q̄ hꝫ vxo
rē ſi ad aliā accedit: pctm̄ ei⁹ pōt denoīari ⁊
ex ꝑte ſua. ⁊ ſic ſp ē adulteriū: qꝛ ɔ̄ fidē matri
monij agit: vl̄ ex ꝑte mulieris ad quam acce
dit: ⁊ ſic qñqꝫ ē adulteriū: puta cū ɔiugat⁹ ac
cedit ad vxorē alteri⁹. qñqꝫ aūt hꝫ rōnem ſtu
pri: vl̄ alicui⁹ alteri⁹ ſcḋm diuerſas ɔditiones
mulierū ad q̄s accedit. dictū ē aūt ē ꝙ ſpēſ
luxurie accipiunt ſcḋm diuerſas mulieꝝ ɔdi
tōes. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ mr̄imonium ſpālr̄
ē ordinatū ad bonū humane ꝓlis: ſicut dcm̄
ē. Adulteriū aūt ſpālr̄ mr̄imonio ɔtrariatur
in ɋ̄tū violat mr̄imonij fidē quā quis ɔiugi
debꝫ. ⁊ quia ille q̄ eſt ardentior amator vxo
ris facit ɔ̄ bonū mr̄imōij īboneſte eo vtens.
lꝫ fidē nō violet: iō aliq̄lr̄ pōt adulter noīari
⁊ magis ɋ̄ ille q̄ ē ardētior amator alterius
mulieris. ¶ Ad tertium dō ꝙ vxor ē ī pote
ſtate viri ſicut ei mr̄imonio copulata: puella
aūt ſub ptāte pr̄is ſicut per eū mr̄imonio co
pulanda. ⁊ iō alio modo ɔtra bonū mr̄imo
nij ē pctm̄ adulterij. ⁊ alio mō pctm̄ ſtupri.
⁊ ꝓpter h̄ ponūtur diuerſe luxurie ſpēs. De
alijs aūt ad adulteriū ꝑtinētibus dicet ī ter
tia ꝑte cū de mr̄imonio tractabit.

Q

# Ad nonum ſic proce

dit. Ur ꝙ inceſtus nõ ſit ſpẽs determinata
luxurie. Inceſtus.n.dicit̃ ꝑ ꝑuatõez caſtita
tis: ſed caſtitati vĩr opponit̃ luxuria.ḡ vĩ ꝙ
inceſtus nõ ſit ſpẽs luxurie:ſed ſit ipſa luxu
ria ¶ P̄.In decretꝭ dĩ.32.q.i.ꝙ inceſtus eſt
ꝯſanguineaꝝ vł affiniũ abuſus:ſed affinitas
differt a cõſanguinitate.ḡ inceſtus nõ ẽ vna
ſpẽs luxurie:ſꝫ pl'es ¶ P̄. Illud qđ de ſe nõ
ĩportat aliquã ꝺformitatẽ nõ ꝯſtituit aliquã
determinatã ſpẽm vitij:ſed accedere ad ꝯſã
guineaſ vł affines nõ ẽ ꝑ ſe deformẽ:alꝰs nul
lo tpe licuiſſet.ḡ inceſtus nõ ẽ detmiata ſpe
cies luxurie. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ ꝙ ſpẽs luxurie diſtin
guunt̃ ꝑm ꝯditões mulieꝝ qbus aliq abutũ
tur.ſed in ĩceſtu importat̃ ſpãlis ꝯditio muli
erũ:qꝛ ẽ abuſus ꝯſanguineaꝝ vł affinium:vt
dictũ ẽ.ḡ inceſtꝰ ẽ detminata ſpẽs luxurie.
¶ Rꝰ dđ ꝙ ſic dictũ eſt:ibi neceſſe eſt inue
niri detminatã ſpẽm luxurie:vbi inuenit̃ ali
quid r̃pugnãs vſui debito venereoꝝ. In vſu
aũt ꝯſanguineaꝝ vel affiniũ inuenit̃ aliqd in
congruũ cõmixtioni veneree triplici rõe. P̄
qdẽ qꝛ nãlr̃ hõ dꝫ quãdã honorificẽtiã pa
rẽtibus:ꝛ ꝑ ꝯſeq̃ns alijs conſanguineis:q̃ ex
eiſdẽ parẽtibꝰ de ꝓpinquo originẽ trahunt:
intãtũ ꝙ apud ãtiquos: vt maximꝰ Valeriꝰ
refert:nõ erat fas filiũ ſił cũ p̃re balneari ne
ſe inuicẽ nudos ꝯſpicerẽt. Manifeſtũ ẽ aũt
ꝑm p̄dicta ꝙ in actibꝰ venereis maxime ꝯſi
ſtit q̃dam turpitudo honorificẽtie ꝯ̃ria. vñ
de his hoĩes verecũdant̃. ꝛ iõ incõgruũ eſt
ꝙ cõmixtio venerea fiat taliũ ꝑſonaꝝ adinui
cẽ.ꝛ h̃ cã vĩ exp̄mi Leuit.18. vbi dĩ. Mat̃
tua ẽ:nõ reuelabis turpitudinẽ eiꝰ. Et idem
poſtea dĩ in alijs. Secũda rõ eſt: qꝛ ꝑſonas
ſanguine ꝯiunctas neceſſe ẽ adinuicẽ ſimł
ꝯuerſari. Vñ ſi hoĩes nõ arcerẽtur a ꝯmixti
one venerea:nimia opportunitas daret̃ hõi
bus veneree ꝯmixtionis. ꝛ ſic aĩ hoĩuꝫ nimis
emoleſcerẽt ꝑ luxuriã. ꝛ iõ in vetĩ lege ille ꝑ
ſone ſpãlr̃ videtur ꝓhibite eſſe quas neceſſe
ẽ ſił cõmorari. Tertia rõ ẽ:qꝛ ꝑ hoc ĩpedire
tur młtiplicatio amicoꝝ.dũ.n. hõ vxorẽ ex
traneã accipit:iungunt̃ ſibi q̃dam ſpãli ami
citia oẽs ꝯſãguiñei vxoris ac ſi eẽnt ꝯſãguiñei
ſui.vñ Augꝰ dicit.15. de ciui.dei. Vita ẽ rõ re
ctiſſima caritatis vt hoĩes qbꝰ eẽt vtilis atq;
honeſta ꝯcordia dĩſaꝝ viciſſitudinũ vinculis
necterẽt̃:nec vnꝰ ĩ vno młtas hr̃et:ſꝫ ſingule
ſpargerẽt̃ in ſinglos. Addit aũt Ariſtoteles
quartã rõem ĩ.2.polit.qꝛ cũ nãlr̃ hõ ꝯſãgui
neã diligat ſi adderet̃ amor q ẽ ex ꝯmixtiõe
venerea: fierꝫ nimiꝰ ardor amorĩ ꝛ maximũ
libidĩs incẽtiuũ:qđ caſtitati repugnat. vnde
manifeſtũ ẽ ꝙ inceſtus ẽ detminata luxurie
ſpẽs. ¶ Ad p̄mum ḡ dđ ꝙ abuſus ꝯiunctaꝝ
ꝑſonaꝝ maxime induceret corruptelã caſti
tatis.tũ ꝓpter opportunitatẽ.tũ ẽt ꝓpter ni
miũ ardorẽ amoris:vt dictũ eſt. ꝛ iõ antho
nomatice abuſus taliũ ꝑſonaꝝ vocat̃ inceſtꝰ
¶ Ad ſecundũ dđ ꝙ ꝑſona affinis ꝯiungit̃
alicui ꝓpter ꝑſonã ꝯſanguinitate ꝯiunctã. ꝛ
iõ qꝛ vnũ ẽ ꝓpter alteꝝ eiuſdẽ rõnis incõue
niẽtiã facit ꝯſanguinitas ꝛ affinitas. ¶ Ad
tertium dicẽdum ꝙ in ꝯmixtione ꝑſonarũ
ꝯiunctaꝝ aliqd ẽ qđ ẽ ꝑm ſe indecẽs ꝛ repu
gnãs nãli rõi:ſicut ꝙ cõmixtio fiat int̃ parẽ
tes ꝛ filios quoꝝ ẽ ꝑ ſe ꝛ ĩmediata cognatio
nã filij nãlr̃ honorẽ d̃bẽt parẽtibus. vñ phs
dicit in.8.de aĩalibꝰ:ꝙ qdã equꝰ qꝛ deceptꝰ
fuit vt mr̃i cõmiſceret̃ ſeipm p̄cipitauit q̃ſi
ꝑ horrore.eo ꝙ ẽt aĩalibꝰ aliqbus ineſt nã
lis reuerẽtia ad parẽtes. Alie v̄o ꝑſone q̃ nõ
ꝯiungũt̃ ꝑm ſeipas:ſꝫ per ordinẽ ad parẽteſ
nõ hñt ita ex ſeipis indecẽtiã.ſed variat̃ cir
ca h̃ decẽtia ł ĩdecẽtia ꝑꝫ ꝯſuetudinẽ ꝛ legẽ
hũanã vł diuinã:qꝛ vt dictũ ẽ vſus venereorũ
qui ordinat̃ ad bonũ cõe ſubiacet legi. Et iõ
ſicut Augꝰ dicit.15ᵒ.de ciui.dei:ꝙ cõmixtio
ſororꝝ ꝛ fratrũ q̃to fuit ãtiquior ꝯpellẽte neci
tate:tãto poſtea fcã ẽ dãnabilior religione
ꝓhibente.

# Ad decimum ſic pro

cedit̃. Videt̃ ꝙ ſacrilegiũ nõ poſſit eẽ ſpẽs
luxurie. Eadẽ.n.ſpẽs non inuenit̃ ſub diſſis
generibꝰ nõ ſubalt̃natim poſitis:ſed ſacrile
giũ ẽ ſpẽs irreligioſitatis:vt ſ̄ dictũ eſt.ḡ ſa
crilegiũ nõ põt poni ſpẽs luxurie. ¶ P̄. In
decre.36.q.i.ſacrilegiũ nõ ponit̃ int̃ alia que
ponũtur ſpẽs luxurie.ḡ vĩ ꝙ non ſit luxurie
ſpẽs. ¶ P̄. Sicut ꝑ luxuriã ꝯtingit aliquid fi
eri ꝯ aliquã rẽ ſacrã:ita etiaꝫ ꝑ alia vitioꝝ ge
nera:ſed ſacrilegiũ nõ ponit̃ ſpẽs gule aut
alteriꝰ alicꝰ huiuſmõi vitij.ḡ ẽt non dꝫ poni
ſpẽs luxurie. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qđ Augꝰ dicit.15. de
ciui.dei.ꝙ ſicut iniquũ ẽ auiditate poſſidẽ
di trãſgredi limitẽ agroꝝ:ita ẽt ẽ iniquũ libi
dine ꝯcũbẽdi ſubuertẽ limitẽ moꝝ:ſꝫ trãſgre
di limitẽ agroꝝ ĩ rebꝰ ſacrĩ ẽ pctm̃ ſacrilegij.

ḡ pari rõne ſubuertere limitẽ mor libidine
ↄcũbẽdi ĩ reb⁹ ſacris facit ſacrilegiȷ vitiũ:ſed
libido ↄcũbẽdi ptinet ad luxuriaȝ. ḡ ſacrile
giũ ẽ luxurie ſpẽs. ¶ Rñdeo dõ ꝙ ſicut ſ̃
dictũ ẽ:act⁹ vni⁹ ṽtutis l'uitiȷ ordiat⁹ ad finẽ
alteri⁹:aſſumit ſpẽm illi⁹:ſicut furtũ qð ꝑpt̃
adulteriũ cõmittiẗ trãſit in ſpẽm adulteriȷ.
Manifeſtũ ẽ ãt ꝙ obſ̃uatio caſtitatis ſ̃m
ꝙ ordinaẗ ad cultũ dei ſit act⁹ religionis: vt
pȝ in illis q̃ vouẽt ⁊ ſeruãt ṽginitatẽ:ut pȝ ꝑ
Aug. in li. de ṽginitate. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ
ẽt luxuria ſ̃m ꝙ uiolat aliq̃d ad diuũ cultuȝ
ptinẽs:ptinet ad ſpẽm ſacrilegiȷ:⁊ ſ̃m h̃ ſa
crilegiũ põt poni ſpẽs luxurie. ¶ Ad ꝑmuȝ
ḡ dicendum ꝙ luxuria ſ̃m ꝙ ordinaẗ ad fi
nẽ alterius uitiȷ efficitur illius uitiȷ ſpecies.
⁊ ſic aliq̃ luxurie ſpecies põt ẽt eſſe ſpecies
irreligioſitatis ſicut cuiuſdã ſupiorl generis
¶ Ad ſecũdum dicẽdũ ꝙ ibi enumerãtur
illa q̃ ſũt ſpẽs luxurie ſ̃m ſeipam:ſacrilegiũ
aũt ẽ ſpẽs luxurie ſ̃m ꝙ ordinaẗ ad alterius
uitiȷ finẽ:⁊ põt ↄcurrere cũ diuerſis luxurie
ſpẽb⁹. Si.n.aliq̃s abutaẗ ꝑſona ↄiuncta ſibi
ſ̃m ſpũalẽ cognatõem: cõmittit ſacrilegiuȝ
ad modũ inceſt⁹. Si ãt abutaẗ virgine deo
ſacrata inq̃ztũ ẽ ſponſa xpi: eſt ſacrilegiũ ꝑ
modũ adulteriȷ. inq̃ztũ ṽo eſt ſub ſpũalis pa
tris cura ↄſtituta:erit q̃dã ſpũale ſtuprũ. ⁊
ſi violẽtia inferaẗ erit ſpũalis raptus: q̃ etiaȝ
ſ̃m leges ciuiles ḡuius puniẗ q̃z alius rapt⁹.
Vñ Juſtinian⁹ iperator dicit. Si q̃s nõ dicã
rapere:ſed attẽtare tãtũmõ mr̃imoniȷ ↄiun
gẽdi cã ſacratiſſimas ṽgines auſus fuerit:
capitali pena feriaẗ. ¶ Ad tertium dõ ꝙ ſa
crilegiũ ↄmittiẗ in re ſacrata: res aũt ſacra
ta ẽ vl' ꝑſona ſacrata q̃ ↄcupiſciẗ ad ↄcubitũ
⁊ ſic ptinet ad luxuriã:vl' q̃ ↄcupiſciẗ ad poſ
ſidẽdũ:⁊ ſic pertinet ad iniuſticiã. Põt etiã
ad irã ptinere ſacrilegiũ:puta ſi aliq̃s ex ira
iniuriã iferat ꝑſone ſacre. vl' ſi guloſe cibuȝ
ſacrũ aſſumat ſacrilegiũ ↄmittit. ſpãli⁹ tñ ſa
crilegiũ attribuiẗ luxurie q̃ opponiẗ caſtita
ti:ad c⁹obſ̃uãtiã aliq̃ ꝑſõe ſpãl'r ↄſecranẗ.

## Ad vndecimum ſic

ꝓcediẗ. Videẗ ꝙ vitiũ ↄ̃ nãm nõ ſit ſpẽs lu
xurie:q: ĩ ꝑdicta enumeratõe ſpẽrũ luxurie
nulla ſit mẽtio de vitio ↄ̃ nãm. ḡ nõ ẽ ſpẽſ lu
xurie. ¶ Ꝑ. Luxuria oppõiẗ ṽtuti:⁊ ita ſub
malitia contineẗ:ſed vitiũ ↄ̃ nãm nõ ↄtineẗ
ſub malitia:ſed ſub beſtialitate:vt pȝ ꝑ ph̃m
in.7.ethi. ḡ vitiũ ↄ̃ nãm nõ eſt ſpẽs luxurie.
¶ Ꝑ. Luxuria ↄſiſtit circa actus ad gnãtio
nẽ humanã ordinatos:vt pȝ ex ſ̃ dictis. ſȝ vi
tiũ ↄ̃ nãm conſiſtit circa actus ex quib⁹ nõ
poteſt generatio ſequi. ḡ vitiũ ↄ̃ nãm non ẽ
ſpẽs luxurie. ¶ Sed ↄ̃ ẽ qð.2. Cor.12. ↄnu
meraẗ aliȷs luxurie ſpẽbus. vbi diciẗ. ⁊ non
egerũt penitẽtiã ſup ĩmunditia ⁊ fornicatõe
⁊ ĩpudicitia:vbi dicit glo. ĩmunditia.i. luxu
ria ↄ̃ nãm. ¶ Rñdeo dõ ꝙ ſicut ſ̃ dictũ eſt:
ibi eſt dẽminata luxurie ſpẽs: vbi ſpãlis rõ
deformitatis occurrit q̃ facit indecẽtẽ actũ
venereũ. Q̃ð q̃dẽ põt eẽ dupl'r. Uno q̃dem
mõ q: repugnat rõni recte:qð ẽ cõe in omni
vitio luxurie. Alio mõ q: ẽt ſup h̃ repugnat
ipſi ordini nãli venerei act⁹ qui ↄuenit hũa
ne ſpẽi:qð dr̃ vitiũ ↄtra nãm. Q̃ð q̃deȝ põt
pl'ibus modis ↄtingere. Uno q̃dem modo ſi
abſq; oĩ ↄcubitu cã delectatõis veneree pol
lutio ꝓcureẗ: qð ptinet ad pctm̃ ĩmunditie:
quaȝ q̃dã mollicie vocãt. Alio⁹ ſi fiat ꝑ ↄcu
bitũ ad rẽ nõ eiuſdẽ ſpẽi:qð vocaẗ beſtiali
tas. Tertio ſi fiat ꝑ ↄcubitũ ad non debituȝ
ſexũ:puta maſculi ad maſculũ:vel femie ad
feminã:vt apl's dicit ad Ro.i. qð dr̃ ſodomi
ticũ vitiũ. Quarto ſi nõ ſerueẗ nãlis modus
ↄcũbẽdi:aut q̃ztum ad inſtr̃m nõ debitum:
aut q̃ztũ ad alios mõſtruoſos ⁊ beſtiales cõ
cũbendi modos. ¶ Ad primum ḡ dõ ꝙ ibi
enumeranẗ ſpẽs luxurie:que non repugnãt
hũane nãe:⁊ iõ ꝑtermittiẗ vitiũ ↄ̃ nãȝ. ¶ Ad
ſecũdũ dõ ꝙ beſtialitas differt a malicia q̃
humane ṽtuti opponiẗ ꝑ quendã exceſſum
circa eãdẽ mãm:⁊ iõ ad ideȝ gen⁹ reduci pt̃
¶ Ad t̃tiũ dicendũ ꝙ luxurioſus nõ intẽdit
gnãtõem humanã:ſed delectatõem venere
am quã pt̃ aliq̃s expiri ſuĩ actib⁹ ex q̃b⁹ ſeq̃ẗ
hũana gnãtio:⁊ h̃ ẽ qð q̃riẗ ĩ vitiõ ↄ̃ nãm.

## Ad duodecimum ſic

ꝓcediẗ. Vr̃ ꝙ vitiũ ↄ̃ nãm non ſit maximuȝ
pctm̃ int̃ ſpẽs luxurie. Tãto.n. aliqð pctm̃ ẽ
ḡui⁹ q̃zto magis ↄ̃riaẗ caritati. ſȝ magis vide
tur ↄ̃riari caritati ꝓximi adulteriũ ſtupruȝ ⁊
raptus que ṽgũt in iniuriã ꝓximi q̃z pctã ↄ̃
nãm ꝑ q̃ nullus alteri iniuriaẗ. ḡ pctm̃ ↄ̃ nãȝ
nõ ẽ maximum int̃ ſpẽs luxurie. ¶ Ꝑ. Jlla
pctã videẗ eẽ grauiſſima que ↄ̃ deũ ↄmittũẗ
ſȝ ſacrilegiũ directe ↄmittiẗ ↄ̃ deũ:q: ṽgit in
iniuriã diuini cult⁹. ḡ ſacrilegiũ ẽ ḡui⁹ pctm̃
q̃z vitiũ contra nãm. ¶ Ꝑ. Tãto aliqð pctm̃

videt̃ eẽ grauius quãto exercet̃ in ꝑſonam
quã magis diligere debem⁹:ſ; ſm̃ ordinẽ ca
ritatis magis debem⁹ diligere ꝑſonas nobiſ
cõiũctas q̃ polluũt̃ ꝑ iceſtũ: q̃ꝫ ꝑſonas extra
neas q̃ polluũt̃ ꝑ vitiũ ꝯ nãm. ḡ iceſt⁹ ẽ gra
uius pctm̃ q̃ꝫ vitiũ ꝯ nãm. ¶ P̃. Si vitiũ ꝯ
nãm eſt grauiſſimũ:vr̃ ꝙ tãto ſit ĝui⁹ q̃to ẽ
magis ꝯ nãm:ſed maxime vr̃ eẽ ꝯ nãm pec
catũ imundicie ſeu molliciei:q2 h̃ videt̃ eſſe
maxime ſm̃ nãm vt alteꝝ ſit agẽs ⁊ alteꝝ ſit
patiẽs.ḡ ſm̃ h̃ imundicia eẽt grauiſſimũ in
ter vitia ꝯ nãm.hoc ãt ẽ falſũ.ḡ vitia ꝯ nãm
nõ ſũt grauiſſima int̃ peccata luxurie ¶ Sꝫ
ꝯ ẽ qđ Aug⁹ dicit in li.de adulterinis ꝯiugi
is:ꝙ oĩum hoꝝ vitioꝝ.ſ.que ad luxuriã ꝑti
nent:peſſimũ ẽ qđ ꝯ nãm fit ¶ R̃o dõ ꝙ ĩ q̃
libet genere peſſima ẽ ꝑncipij corruptio ex
quo alia dependẽt.ꝑncipia aũt rõnis ſũt ea
q̃ ſũt ſm̃ nãm.nã rõ ꝑſuppoſitis his q̃ ſunt a
nã deꝉminata diſponit alia ſm̃ ꝙ ꝯuenit:⁊
hoc apparet tã in ſpeculatiuis q̃ꝫ in practiciſ
⁊ iõ ſicut ĩ ſpeculatiuis error circa ea quoꝝ
cognitio ẽ hõi nãľr idita: ẽ grauiſſim⁹ ⁊ tur
piſſimus:ita ĩ agẽdis agere ꝯ ea q̃ ſũt ſꝫ na
turã deꝉminata ẽ grauiſſimũ ⁊ turpiſſimũ.
Q2 ḡ ĩ vitijs q̃ ſũt ꝯ nãꝫ trãſgredit̃ hõ id qđ
ẽ ſm̃ nãm deꝉminatũ circa vſũ venereũ.ide
ẽ ꝙ in tali mãꝉ h̃ pctm̃ ẽ ĝuiſſimũ:p⁹ qđ ẽ in
ceſt⁹ q̃ ſicut dictũ ẽ:eſt ꝯ nãlẽ reuerẽtiã quã
ꝑſonis ꝯiũctis dbem⁹. Per alias ãt luxurie
ſpẽs ꝑterititur ſolũ id qđ ẽ ſm̃ rõem rectam
deꝉminatũ.ex ꝑſuppoſitõe tñ nãliũ ꝑncipio
rũ. Magis aũt repugñt rõi ꝙ aliq̃s venereis
vtat̃ nõ ſolũ ꝯ id qđ ꝯuenit ꝓli gnãnde:ſ; ẽt
cũ iniuria alteri⁹. ⁊ iõ fornicatio ſimplex q̃
cõmittit̃ ſine iniuria alteri⁹ ꝑſone:ẽ minima
int̃ ſpẽs luxurie. Maior ãt ĩiuria ẽ ſiq̃s abu
tat̃ muliere alteri⁹ ꝑtãti ſubiecta ad vſuꝫ ge
neratõis :q̃ꝫ ad ſolã cuſtodiã:⁊ iõ adulteriũ
ẽ ĝuius q̃ꝫ ſtuprũ.⁊ vtrũq3 aggrauat̃ ꝑ violẽ
tiã ꝓpt̃ qđ rapt⁹ v̾girgis ẽ ĝuius q̃ꝫ ſtuprũ. ⁊
rapt⁹ vxoris q̃ꝫ adulteriũ: ⁊ h̃ oĩa ẽt aggũan
tur ſm̃ rõem ſacrilegij:vt ſ̃ dictũ eſt. ¶ Ad
ꝑmũ ḡ dicẽdũ ꝙ ſicut ordo rõnis recte eſt
ab hoĩe:ita ordo nãe eſt ab ipſo deo: ⁊ iõ in
peccatis ꝯ nãm in q̃bus ipſe ordo nãe violat̃
fit iniuria ipi deo ordinatori nãe. Uñ Aug⁹
dicit.3.ꝯfeſ. Flagitia que ſũt ꝯ nãm : vbiq3
ac ſꝑ deteſtãda atq3 puniẽda ſunt:q̃lia ſodo
mitaꝝ fuerũt:q̃ ſi oẽs gentes facerẽt:oẽs eo
dẽ criminis reatu diua lege tenerẽt:q̃ nõ ſic fe

cit hoĩes vt ſe illo vterẽt mõ:violat̃ q̃ppe ip
ſa ſocietas q̃ cũ dõ nob̃ eẽ dꝫ:cũ eadẽ mã c⁹
ille auctor ẽ libidis ꝑuerſitate polluit̃. ¶ Ad
ſecunduꝫ dõ ꝙ ẽt vitia ꝯ nãm ſunt ꝯ deũ:vt
dictũ ẽ: ⁊ tãto ſũt ĝuiora q̃ꝫ ſacrilegij corru
ptela:q̃to ordo nãe hũane ĩdit⁹ ẽ ꝑor ⁊ ſtabi
lior q̃ꝫ quilibꝫ ali⁹ ordo ſuꝑaddit⁹. ¶ Ad ter
tium dicẽdum ꝙ vnicuiq3 indiuiduo magꝭ
ẽ ꝯiuncta nã ſpẽi q̃ꝫ qđcũq3 aliud ĩdiuiduũ
⁊ iõ peccata que ſũt ꝯ nãm ſpẽi ſũt ĝuiora.
¶ Ad quartũ dicẽdum ꝙ grauitas in pctõ
magis attẽdit̃ ex abuſu alic⁹ rei q̃ꝫ ex omiſſio
ne debiti vſus.⁊ iõ int̃ vitia q̃ ſũt ꝯ nãm: infi
mũ locũ tenet pctm̃ imũdicie: qđ ꝯſiſtit ĩ ſo
la omiſſione ꝯcubit⁹ ad alteꝝ. ĝuiſſimũ ãt ẽ
pctm̃ beſtialitatis:q2 nõ ſeruat̃ debita ſpẽs
Uñ ſuper illud Geñ.37. Accuſauit fr̃es ſuos
crimie peſſimo:dicit glo.ꝙ cuꝫ pecorib⁹ mi
ſcebant̃.p⁹ hoc ãt ẽ vitiũ ſodomiticũ: cũ ibi
nõ ſeruat̃ debit⁹ ſex⁹.p⁹ hoc ãt ẽ pctm̃ ex eo
ꝙ nõ ſeruat̃ debit⁹ modus ꝯcũbẽdi: magis
aũt ſi nõ ſit debitũ vas q̃ꝫ ſi ſit iordinatio ſm̃
aliq̃ alia ꝑtinẽtia ad modũ ꝯcubitus.

Deinde ꝯſide
randũ ẽ de partib⁹ potẽtiali
bus tꝑantie. Et ꝑ̊ de conti
nentia. 2° de clemẽtia. 3°
d̃ modeſtia: Circa ꝑmũ cõ
ſiderãdũ ẽ de ꝯtinẽtia ⁊ de icõtinẽtia. Cir
ca ꝯtinẽtiã q̃rũtur q̃tuor ꝑ̊ vtrũ ꝯtinẽtia ſit
virt⁹. 2° que ſit mã eius. 3° q̃d ſit ei⁹ ſubie
ctũ. 4° de cõparatõe eius ad tꝑantiã.

## Ad primum ſic pro

cedit̃. Videt̃ ꝙ ꝯtinẽtia nõ ſit virt⁹. Spẽs
.n.cõdiuidit̃ generi.ſ; ꝯtinẽtia ꝯdiuidit̃ ṽtu
ti:vt pꝫ ꝑ ph̃m in.7.ethi.ḡ ꝯtinẽtia nõ ẽ ṽt⁹.
¶ P̃. Nullus vtendo ṽtute peccat.quia ſm̃
Aug.ĩ li.de li.ar.virtus eſt qua nemo male
vtit̃.ſed aliq̃s ꝯtinẽdo põt peccare : puta ſi
deſideret aliqđ bonũ facere : ⁊ ab eo ſe cõti
neat.ḡ cõtinẽtia nõ ẽ virtus. ¶ P̃. Nulla vir
tus retrahit hoĩem a licitis:ſed ſolũ ab illici
tis.ſed ꝯtinẽtia retrahit hoĩem a licitis. dic̃
.n.glo.Gal̃.5.ꝑ ꝯtinẽtiã aliq̃s ſe ẽt a licitis
abſtinet.ḡ ꝯtinẽtia nõ eſt ṽtus. Sꝫ ꝯ. Dis
hitus laudabilis videt̃ eẽ ṽtus : ſed ꝯtinẽtia
eſt h⁹i. dicit.n.Andronic⁹ ꝙ ꝯtinẽtia ẽ hit⁹
ĩuict⁹ a delectatõe.ḡ ꝯtinẽtia ẽ ṽtus. ¶ R̃o
dõ ꝙ nomẽ ꝯtinẽtie dupľr ſumit̃ a diuerſis

Quidā.n.ↄtinētiā noīant p quā aliqs ab oī
delectatōe venerea abſtinet. Vñ ⁊ apl'us ad
Gal.5.cōtinētiā caſtitati ↄiungit: ⁊ ſic ↄtinē
tia pfecta pncipalis qdē ē ꝟginitas: ſcđaria
ꝟo viduitas. vñ ſm h̄ eadē rō ē de ↄtinētia
q̄ de virginitate quā ſ̄ diximꝰ ꝟtutē. Aliȷ ꝟo
dicūt ↄtinētiā eſſe p quā aliqs reſiſtit ↄcupi
ſcētijs prauis q̄ in eo vehemētes exiſtūt. ⁊ h̄
mō accipit ph̄s ↄtinētiam.7.ethi. ⁊ h̄ ēt mō
accipiť ↄtinētia ī collatōibꝰ patꝝ. h̄ aūt mō
ↄtinētia hēt aliqd de rōne ꝟtutis. inq̄ꜩtuꝫ.s.
rō firmata eſt ꝯ̄ paſſiones: ne ab eis deduca
tur. nō tñ attingit ad pfectā rōem ꝟtutis mo
ralis ſm quā etiā appetitꝰ ſenſitiuus ſubdiť
rōni ſic vt in eo nō inſurgāt vehemētes paſ
ſiones rōni ꝯ̄rie. ⁊ iō ph̄s dicit in 4°. ethi. ꝙ
ↄtinētia nō ē ꝟtus: ſꝫ q̄dā mixta: inq̄ꜩtū.ſ.hꝫ
aliqd de ꝟtute: ⁊ in aliq̄ deficit a ꝟtute. Lar
gius tñ accipiēdo nomē ꝟtutis p quolibet
pncipio laudabiliū opeꝝ poſſumꝰ dicere cō
tinētiā eē ꝟtutē. ¶ Ad p̄muꝫ ḡ dicendum ꝙ
ph̄s continētiā ↄdiuidit virtuti i q̄ꜩtū ad hoc
in quo deficit a ꝟtute. ¶ Ad ſecūdū dō ꝙ bō
ꝑprie ē id qđ eſt ſm rōem: ⁊ iō ex h̄ dr̄ aliqſ
in ſeipo ſe tenere ꝙ tenet ſe in eo qđ ↄuenit
rōni: qđ aūt ptinet ad puerſitatē rōnis nō ē
ↄueniēs rōi. vñ ille ſolus ꝟe ↄtinēs diciť q te
net ſe in eo qđ ē ſm rōem rectā: nō aūt ī eo
qđ ē ſm rōem peruerſā. rōni aūt recte oppo
nunť concupiſcētie praue: ſicut ⁊ rōni puer
ſe opponūť ↄcupiſcētie bone. ⁊ iō ꝑpe ⁊ ꝟe
ↄtinēs ē q pſiſtit ī rōne recta abſtinēs a cō
cupiſcētijs prauis. nō aūt q pſiſtit in rōe per
uerſa abſtinēs a cōcupiſcētijs bonis. ſed hic
magis pōt dici obſtinatus ī malo. ¶ Ad ter
tium dō ꝙ glo ibi loqtur de ↄtinētia ſm pri
mū modū ſm quē ↄtinētia noīat quādā vir
tutē pfectā q̄ nō ſolū abſtinet ab illicitis bo
nis: ſed ēt a qbuſdā licitis minꝰ bonis: vt to
talr itendať perfectioribus bonis.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cediť. Videť ꝙ materia ↄtinētie nō ſint cō
cupiſcentie delectatōum tactꝰ. Dicit.n. Am
broꝰ ī p̊ de offi. ꝙ gnāl'e decoꝝ ita ē ac ſi eq̄bi
lē formā atq₃ vniuerſitatē honeſtatis hēat ī
oī actu ſuo ↄtinētē. ſꝫ nō oīs actꝰ humanus
ptinet ad delectatōem tactꝰ. ḡ ↄtinētia non
ē ſolū circa ↄcupiſcētias delectatōum tactꝰ.
¶ P̄. Nomē ↄtinētie ex hoc ſumiť: ꝙ aliqſ
tenet ſe in bono rationis recte: ſicut dictuꝫ
ē. ſꝫ quedā alie paſſiones vehementiꝰ abdu
cunt hoīeꝫ a rōne recta q̄ꜩ ↄcupiſcētie dele
ctabiliū tactꝰ ſicut timoꝛ piculoꝝ mortis q
ſtupefacit hoīem. ⁊ ira q̄ ē īſanie ſīlis: vt Se
neca dicit. ḡ ↄtinētia nō dr̄ ꝑpe circa ↄcupi
ſcētias delectatōum tactꝰ. ¶ P̄. Tulliꝰ dicit
in.2. rhetoꝛice ꝙ ↄtinētia ē p quā cupiditas
ↄſiliȷ gubnatōe regiť. cupiditas aūt magis
ↄſueuit dici diuitiaꝝ q̄ꜩ delectabiliū tactꝰ ſm
illud.i. ad Thimo. vlt. Radix oīum maloꝝ
ē cupiditas. ḡ ↄtinētia nō ē ꝑpe circa ↄcupi
ſcētias delectatōum tactꝰ. ¶ P̄. Delectatio
nēs tactꝰ nō ſolū ſūt in rebꝰ venereis: ſed ēt
ī vſu ciboꝝ: ſꝫ ↄtinētia ſolū circa vſū venereo
rū ↄſueuit dici. ḡ non eſt ꝑpria mā eius cō
cupiſcētia delectationū tactus. ¶ P̄. Inter
delectatōes tactꝰ q̄dā ſunt nō humane ſꝫ be
ſtiales tā in cibis: vtpote ſi qs delectareť in
eſu carniū humanaꝝ: q̄ꜩ etiā in venereis: pu
ta in abuſu beſtiaꝝ vel pueroꝝ: ſed circa hꝰi
nō ē ↄtinētia: vt dr̄ in.7. ethi. non ḡ ꝑpa mā
ↄtinētie ſūt ↄcupiſcētie delectationū tactꝰ.
¶ Sed ꝯ̄ ē qđ ph̄s dicit ī.7. ethi. ꝙ ↄtinen
tia ⁊ icōtinētia ſunt circa eadē circa que tē
perātia ⁊ itepantia: ſꝫ tpantia ⁊ itēpantia ſūt
circa ↄcupiſcētias delectationū tactꝰ: vt ſ̄
hitū ē. ḡ etiā continētia ⁊ incōtinētiā ſūt cir
ca eādē māꝫ. ¶ Rñdeo dō ꝙ nomē cōtinē
tie refrenatōem quādam importat inq̄ꜩtum
.s. tenet ſe aliqs ne paſſiones ſeq̄tur. ⁊ iō p
prie ↄtinētia diciť circa illas paſſiōes q̄ im
pellunt ad aliqd pſeq̄ndū ī qbus laudabile
eſt vt rō retrahat hoīem a pſeq̄ndo: nō autē
ꝑpe ē circa illas paſſiones q̄ iportant retra
ctōem quādā ſicut timoꝛ ⁊ alia hꝰi. in his.n.
laudabile ē firmitatē ſeruare ī pſeq̄ndo qđ
rō dictat: vt ſ̄ dictū ē. Eſt āt ↄſiderandū ꝙ
nāles inclinatōes pncipia ſūt oīum ſupuenī
entiū: vt ſ̄ dictū ē. ⁊ iō paſſiones tanto vehe
mētius ipellūt ad aliqd pſeq̄ndū: q̄ꜩto ma
gis ſequūtur inclinatōeꝫ nāe q̄ pcipue incli
nat ad ea que ſūt ſibi nccīa: vel ad ↄſuatōeꝫ
indiuidui: ſicut ſūt cibi: vł ad ↄſeruatōeꝫ ſpe
ciei: ſicut ſūt actꝰ venerei: quoꝝ delectatōes
ad tactū ptinēt. ⁊ iō ↄtinētia ⁊ incōtinentia
ꝑpe dicūtur circa ↄcupiſcētias delectatio
nū tactꝰ. ¶ Ad primum ḡ dō ꝙ ſicut nomē
tpantie pōt cōiť accipi in q̄cunq₃ mā: ꝑprie
tñ dr̄ ī illa mā in qua ē opportunū hoīem re
frenari. ita ēt continētia ꝑprie dr̄ in qua eſt
opportunum ⁊ difficillimum contineri.s.in

ꝯcupiſcētys delectatōum tactus: cōiter āt ⁊ ſm ꝗd pōt dici ī quacūqꝫ alia materia. ⁊ hoc mō vtit̄ Ambꝰ. noīe ꝯtinētie. Ad ſcōꝫ dō ꝙ circa timorē nō ꝓp̄e laudat̄ ꝯtinētia: ſed magiſ firmitas aī quā fortitudo īportat Ira aūt īpetū ꝗdē facit ad aliqd ꝓſeq̄ndū: iſte tn̄ imperꝰ magis ſeqtur apphēſionē aīalē ꝓut. ſ. aliqs apprehēdit ſe eē ab alio leſuꝫ q̄ȝ inclinatōem nālē: ⁊ iō dr̄ ꝗdem aliqs ſꝫ ꝗd ꝯtinēs ire: nō tn̄ ſimplr̄. ¶ Ad tertiuꝫ dō ꝙ huiuſmōi exteriora bona: ſicut honores: diuitie: ⁊ huiuſmōi: vt phs dicit ī. 7. ethi. vidē tur quidē ſm ſe eē eligibilia: nō āt q̄ſi neccia ad ꝯſeruatōem nāe: ⁊ iō circa ea nō dicimꝰ ſimplr̄ aliquos ꝯtinētes vel incōtinētes: ſꝫ ſm ꝗd apponēdo ꝙ ſint ꝯtinētes vel īconti nētes lucri vl̄ honoris: vel alicꝰ huiuſmōi: ⁊ ideo vel Tulliꝰ cōiter vſus ē noīe ꝯtinētie ꝓut cōprehēdit ſub ſe etiā ꝯtinētiā ſm ꝗd: vel accipit cupiditatē ſtricte ꝓ ꝯcupiſcentia d̄lectabiliū tactꝰ. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ de lectatōes venereoꝝ ſūt vehemētiores q̄ȝ dele ctatōes ciboꝝ: ⁊ iō circa venerea magis con ſueuimꝰ cōtinētiā ⁊ icōtinētiā dicē q̄ȝ circa cibos: licꝫ ſm phm vtruqꝫ ponit dici. ¶ Ad ꝗntū dicendū ꝙ ꝯtinētia ē bonum rō ſ hūa ne. ⁊ iō attenditur circa paſſiones que pn̄t eē hōi ꝯnāles. vn̄ phs dicit in. 7. ethi. ꝙ ſi ali ꝗs tenēs pueꝝ ꝯcupiſcat eū vl̄ comedē vel ad venereoꝝ icōuenictē delectatōem: ſiue ſeq̄tur ꝯcupiſcētiā: ſiue non: nō dicet̄ ſimpli cit̄ continens: ſed ſm quid.

## Ad tertium ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ ſubm ꝯtinētie ſit vis ꝯcupiſci bilis. Subm. n. alicꝰ v̄tutis opꝫ eē ꝓportōa tū māe: ſed mā ꝯtinētie ſicut dictū ē ſunt cō cupiſcētie delectabiliū tactꝰ q̄ ꝑtinēt ad viꝫ concupiſcibilē. ḡ continētia ē in vi ꝯcupiſci bili. ¶ S. Oppoſita ſūt circa idē. ſꝫ inconti nētia ē in ꝯcupiſcibili cuiꝰ paſſiōes ſuperāt rōem. dicit. n. Andronicus ꝙ incōtinētia ē malitia ꝯcupiſcibilis ſm quā eligit prauas delectatōes ꝓhibēte rōnali. ḡ ⁊ cōtinentia pari rōe ē in ꝯcupiſcibili. ¶ R. Subm v̄tu tis humane vel ē rō: vel vis appetitiua q̄ di uidit̄ in volūtatē ꝯcupiſcibilē ⁊ iraſcibilem ſꝫ cōtinētia nō ē in rōne: q2 ſic eēt v̄tus itel lectualis. necꝫ etiā in volūtate: q2 continen tia ē circa paſſiōes que non ſūt in volūtate: nec ēt ē in iraſcibili q2 nō ē ꝓp̄e circa paſſio nes iraſcibilis: vt dictū ē. ḡ relīqtur ꝙ ſit in cōcupiſcibili. Sꝫ ꝯ. Oīs virtꝰ in aliq̄ poten tia exiſtēs aufert malū actū illius potētie. ſꝫ ꝯtinētia nō aufert malū actū ꝯcupiſcibilis. Hēt. n. cōtinēs ꝯcupiſcētias prauas: vt phs dicit in. 7. ethi. ḡ ꝯtinētia nō ē in ꝯcupiſcibi li. ¶ Rꝰ dō ꝙ oīs v̄tus in aliquo ſubō exn̄s facit id differre a diſpoſitōe quā hꝫ dū ſubiȝ cit̄ oppoſito vitio. ꝯcupiſcibilis aūt eodem mō ſe hꝫ in eo q ē ꝯtinēs ⁊ in eo q eſt incōti nēs. q2 in vtroqꝫ ꝓrūpit ī cōcupiſcētias pra uas vehemētes. Unde manifeſtū ē ꝙ conti nētia nō ē in cōcupiſcibili ſicut in ſubō: ſilr̄ ēt rō eodē mō ſe habet in vtroqꝫ: q2 tam cō tinens q̄ȝ incōtinēs hēt rōem rectā. ⁊ vterqꝫ extra paſſiones exn̄s gerit in ꝓpoſito ꝯcupi ſcēt as illicitas nō ſeq. Prima aūt dr̄ia eoꝝ inuenit̄ in electōe. q2 continens q̄ȝuis patia tur vehemētes delectatōes ⁊ cōcupiſcētias tn̄ eligit nō ſeq eas ꝓpter rōem: incōtinens aūt eligit ſequi eas nō obſtāte ꝯdictōe ratio nis. ⁊ ideo opꝫ ꝙ continētia ſit ſicut in ſubō in illa vi aīe cuiꝰ actꝰ ē electio. ⁊ h̄ ē volūtas vt ſ̄ habitum eſt. ¶ Ad p̄mum ḡ dō ꝙ cōtinen tia hēt mām cōcupiſcētias delectatōum ta ctus non ſicut quas moderet̄: quod ꝑtinet ad tꝑantiā q̄ eſt in concupiſcibili: ſed ē circa eas q̄ſi eis reſiſtens. vnde opꝫ ꝙ ſit in alia vi q2 reſiſtētia eſt alterius ad alteꝝ. ¶ Ad ſcōꝫ dicēdū ꝙ voluntas media eſt inter rōem ⁊ ꝯcupiſcibilē ⁊ pōt ab vtroqꝫ moueri. in eo aūt q eſt continēs mouet̄ a rōne. in eo autē q eſt incōtinēs mouet̄ a cōcupiſcibili. et iō continētia pōt attribui rōni: ſicut p̄ mouenti ⁊ incōtinētia cōcupiſcibili: q̄ȝuis vtrūqꝫ im mediate ꝑtineat ad voluntatē ſicut ad ꝓpriū ſubm. ¶ Ad tertium dō ꝙ lꝫ paſſiones nō ſint in volūtate ſicut in ſubō: eſt tn̄ in ꝑtāte volūtatis eis reſiſtere: ⁊ h̄ modo volūtas cō tinentis reſiſtit concupiſcētys.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ cōtinētia ſit melior q̄ȝ tem perātia. Dicit̄. n. Eccl̄. 26. Oīs aūt pōderatio nō ē digna cōtinētis aīe. ḡ nulla v̄tus pōt cō tinētie adeq̄ri. ¶ S. Quāto aliqua v̄tus me ret̄ maius p̄miū: tanto potior ē. ſed cōtinen tia videt̄ mereri maius p̄mium. dicit̄. n. 2. ad Thimo. 2. Nō coronabit̄ niſi q legitime cer tauerit. magis aūt certat cōtinēs q patit̄ ve hemētes paſſiones ⁊ cōcupiſcētias prauas

q̄ꝫ tꝑatus q nō h̄ꝫ eas vehemētes. ḡ ꝯtinentia eſt potioꝛ v̄tus q̄ꝫ tꝑantia. ¶ P̄. Volūtas ē dignioꝛ potētia q̄ꝫ vis ꝯcupiſcibilis. ſed cōtinētia ē ī volūtate: tꝑantia in ꝯcupiſcibili: vt ex dictis pꝫ. ḡ ꝯtinētia ē potioꝛ v̄tus q̄ꝫ tēperātia. ¶ Sed ꝯ̄ ē qḋ Tullius ⁊ Andronicus ponūt cōtinētiā adiūctā tꝑantie ſicͭ p̄ncipali v̄tuti. ¶ Rn̄deo dīcēdū ꝙ ſicut ſ̄ dictū ē nomē ꝯtinētie duplr̄ accipit̄. Vno° ſꝫ ꝙ importat ceſſatōem ab oīb⁹ delectatōibus venereis. ⁊ ſic ſumēdo nomē ꝯtinētie: ꝯtinētia ē potioꝛ tꝑantia ſimplr̄ dicta: vt pꝫ ex his q̄ ſ̄ dicta ſūt de p̄eminētia v̄ginitatis ad caſtitatē ſimplr̄ dictā. Alio° pōt accipi nomē cōtinētie ſm̄ ꝙ importat reſiſtētiā rōis ad cōcupiſcentias prauas q̄ ſūt in hoīe vehementes: ⁊ ſm̄ hoc tꝑantia ē mlt̄o potioꝛ q̄ꝫ cōtinētia: qꝛ bonū v̄tutis laudabile ē ex eo ꝙ eſt ſm̄ rōem. plus āt viget bonū rōis in eo q ē tꝑatus: ī quo ēt ipe appetit⁹ ſēſitiuus ē ſubiect⁹ rōi: ⁊ q̄ſi a rōe edomit⁹ q̄ꝫ in eo q eſt ꝯtinēs: in q̄ appetit⁹ ſenſitiuus vehemēter reſiſtit rōni ꝑ ꝯcupiſcētias prauas. vn̄ ꝯtinētia cōꝑatur ad tꝑantiā: ſicut īꝑfectū ad ꝑfectuꝫ. ¶ Ad p̄muꝫ ḡ dicendum ꝙ auctoritas illa pōt duplr̄ intelligi. Vno° ſm̄ ꝙ accipit̄ ꝯtinētia ꝓut abſtinet ab oībus venereis: ⁊ hoc mō dr̄ ꝙ oīs pōderatio nō ē digna aīe continētis in genere caſtitatis: qꝛ nec etiā fecūditas carnis q̄ q̄rit̄ in m̄rimonio adequat̄ ꝯtinētie v̄gīali vl̄ viduali: vt ſ̄ dictū ē. Alio° pōt intelligi ſm̄ ꝙ nomē cōtinētie ſumitur cōiter ꝓ oī abſtinētia a rebus illicitis: ⁊ ſic dr̄ ꝙ oīs pōderatio nō ē digna aīe ꝯtinētis qꝛ nō reſpicit extimatōeꝫ auri vl̄ argēti que cōmutant̄ ad pondus. ¶ Ad ſecūdum dīcēdū ꝙ magnitudo ꝯcupiſcētie ſeu debilitas ei⁹ ex duplici cā ꝓcedere pōt. Qn̄qꝫ .n. ꝓcedit ex cā corꝑali. Quidā .n. ex nāli ꝯplexione ſunt magis ꝓni ad ꝯcupiſcēdū q̄ꝫ alij. Et iteꝝ quidā h̄n̄t opportunitates delectationū ꝯcupiſcētiā īflāmantes magis paratas q̄ꝫ alij. Et talis debilitas ꝯcupiſcētie diminuit meritū magnitudo v̄o auget. Qn̄qꝫ v̄o debilitas vl̄ magnitudo ꝯcupiſcētie ꝓuenit ex cā ſpūali laudabili: puta ex vehemētia caritatis vl̄ foꝛtitudine rōis: ſicut ē in hoīe tempato. ⁊ hoc mō debilitas ꝯcupiſcētie auget meritū rōe ſue cāe: magnitudo v̄o minuit. ¶ Ad tertiū dīcēdū ꝙ volūtas ꝓpinqoꝛ ē rōni q̄ꝫ vis cōcupiſcibil̄. vnde bonuꝫ ratōis ex quo v̄tus laudatur maius eē oñditur ex hōc ꝙ ꝑtingit non ſolū vſqꝫ ad volūtatē: ſed ēt vſqꝫ ad vim ꝯcupiſcibilē: qḋ accidit in eo q ē tꝑat⁹: q̄ꝫ ſi ꝑtingat ſolū ad volūtatem: vt accidit in eo q eſt continens.

## Einde ꝯſiderandū ē de incōtinētia.

Et circa h̄ querūtur q̄tuoꝛ. P̄ vtrū incōtinētia ꝑtineat ad aīam vl̄ ad corp⁹. 2° vtꝝ incōtinētia ſit pctm̄. 3° de ꝯparatōe icōtinētie ad itēꝑantiā. 4° qs ſit turpioꝛ vtrū incōtinēs ire vel icontinēs ꝯcupiſcētie.

## Ad primum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ incōtinētia non ꝑtineat ad aīam: ſꝫ ad corp⁹. Diuerſitas .n. ſexuū nō eſt ex ꝑte aīe: ſed ex ꝑte corporis: ſed diuerſitas ſexuū facit diuerſitatē circa incōtinētiā. dicͭ .n. phs. 7. ethi. ꝙ mulieres nō dicūtur neqꝫ ꝯtinētes neqꝫ icōtinētes. ḡ ꝯtinētia nō pertinet ad aīam: ſed ad corp⁹. ¶ P̄. Id qḋ ꝑtinet ad aīam nō ſeqt̄ corꝑis ꝯplexiones: ſꝫ icōtinētia ſeqt̄ corꝑis cōplexionē. dicͭ .n. phs ī. 7. ethi. ꝙ maxime acuti .i. colerici ⁊ melancolici ſm̄ irrefrenatā ꝯcupiſcētiā ſūt incōtinētes. ḡ incōtinētia ꝑtinet ad corp⁹. ¶ P̄. Victoꝛia magis ꝑtinet ad eū q vincit: q̄ꝫ ad eū q vincit̄. ſed ex h̄ dr̄ aliqs eē incōtinēs ꝙ caro ꝯcupiſcēs aduerſus ſpm̄ ſuꝑat ipm̄. ḡ icōtinētia magis ꝑtinet ad carnē q̄ꝫ ad aīam. ¶ Sed ꝯ̄ eſt ꝙ hō differt a beſtijs p̄ncipaliter ſm̄ aīaꝫ. differt aūt ſm̄ rōem ꝯtinentie ⁊ incōtinētie. beſtias aūt dicim⁹ neqꝫ ꝯtinētes neqꝫ incōtinētes: vt pꝫ ꝑ phm̄ in. 7. ethi. ḡ incōtinētia maxīe ē ex ꝑte aīe. ¶ Rn̄deo dīcēdū ꝙ vnūqḋqꝫ attribuit̄ magis ei qḋ eſt cā ꝑ ſe: q̄ꝫ ei qḋ ſolā occaſionē p̄ſtat. id āt qḋ ex ꝑte corꝑis ſolā occaſionē p̄ſtat icōtinētie. Ex diſpoſitōe .n. corꝑis pōt ꝯtingē ꝙ iſurgāt paſſiones vehemētes ī appetitu ſenſitiuo q ē v̄t⁹ corꝑis organici: ſꝫ h⁹ ī paſſiōes q̄tūcūqꝫ vehemētes nō ſūt ſufficiēs cā icōtinētie ſꝫ occaſio ſola: eo ꝙ durāte vſu rōis ſꝑ hō pōt paſſionib⁹ reſiſtere. Si v̄o paſſiones adeo inſurgāt ꝙ totalr̄ auferāt vſū rōis: ſicut accidit ī his q ꝓpt̄ vehemētiā paſſionū amentiam incurrūt: nō remanebit rō ꝯtinētie neqꝫ incōtinentie: qꝛ nō ſaluat̄ ī eis iudiciū rōnis qḋ ꝯtinēs ſuat ⁊ icōtinēs deſerit. Et ſic relinqt̄

ꝙ ꝑ ſe cā incōtinētie ſit ex ꝑte aīe que rōe
paſſionib⁹ nō reſiſtit. Qđ q̄dē ſit duob⁹ mo
dis: vt phs dicit in .7. ethi. Uno⁹ qñ aīa paſ
ſionib⁹ cedit anq̄ʒ rō ꝯſilietᷣ: que q̄dē vocatᷣ
irrefrenata icōtinētia vl̄ ꝓuolatio. Alio mō
qñ nō ꝑmanet hō in his q̄ ꝯſiliata ſūt: eo ꝙ
debiliᷣ ē firmatus i eo qđ rō iudicauit. vñ ꝛ
h̄ incōtinētia vocatᷣ debilitas. ꝛ ſic pʒ ꝙ icō
tinētia principal̄r ad aīam ꝑtinet. ¶ Ad pri
mum ḡ dđ ꝙ aīa hūana eſt corꝑis forma: ꝛ
hēt quaſdā vires corporeis organis vtētes:
quaꝝ opatōes aliq̄d ꝯferūt ēt ad illa opera
aīe q̄ ſūt ſine corꝑeis īſtrumētis. i. ad actuʒ
intellectus ꝛ volūtatis. inq̄ʒtū. ſ. intellect⁹ aſ
ſenſu accipit: ꝛ volūtas impelliᷣ a paſſiōe ap
petit⁹ ſenſitiui. ꝛ ſm̄ h̄ q꞉ femina ſm̄ corpus
hʒ quādam debilē cōplexionē. ſit vt in pl̄ib⁹
ꝙ ēt debiliᷣ ihereat q̄buſcūq̄ʒ inheret. ꝛ ſi ra
ro i aliq̄b⁹ al̄r accidat: ſʒ illō ꝓuer. vlt. Mu
lierē fortē q̄s īueniet. Et q꞉ id qđ ē paruū vl̄
debile reputatᷣ q̄ſi nullū: inde ē ꝙ phs loq̄tᷣ đ
mulierib⁹ q̄ſi nō hñtib⁹ iudiciū rōnis firmū
q̄ʒuis i aliq̄b⁹ mulierib⁹ ꝯͥriū accidat: ꝛ ꝑpt̄
h̄ dicit ꝙ mulieres nō dicim⁹ ꝯtinētes q̄a ñ
ducūtᷣ q̄ſi hñtes ſolidā rōem: ſed ducūtᷣ q̄ſi đ
facili ſeq̄ntes paſſiones ¶ Ad ſcđm dđ ꝙ ex
īpetu paſſionis ꝯtingit ꝙ aliq̄s ſtatī paſſio
nē ſequatᷣ añ ꝯſiliū rōis: īpet⁹ aūt paſſiōis ꝑ
uenire ſolet vl̄ ex velocitate: ſicut in coleri
cis: vel ex vehemētia ſicut in melancolicis q̄
ꝑpt̄ terreſtrē ꝯplexionē vehemētiſſime iſlā
mantᷣ: ſicut eꝯͥrio ꝯtingit ꝙ aliq̄s nō ꝑſiſtat
in eo qđ ꝯſiliatū ē: ex eo ꝙ debil̄r inheret ꝑ
pter molliciē cōplexionis: vt de mulieribus
dictū ē: qđ ēt vr̄ in flegmaticis cōtingere ꝑ
pter eādē cām: ſicut ēt in mulierib⁹. hoc āt
accidit inq̄ʒtū ex cōplexione corꝑis datᷣ aliq̄
incōtinētie occaſio: nō aūt cā ſufficiēs vt di
ctū eſt. ¶ Ad tertiuʒ dđ ꝙ ꝯcupiſcētia car
nis in eo q̄ ē incōtinēs ſupat ſpm̄ nō ex ne
ceſſitate ſʒ ꝑ quādā negligētiā ſpūs non reſi
ſtentis fortiter.

## Ad ſecunduʒ ſic pro

cediᷣ. Uidetᷣ ꝙ icōtinētia nō ſit pctm̄. q꞉ vt
Aug⁹ dicit in li. de li. ar. nullus peccat in eo
qđ vitare nō pōt: ſʒ icōtinētiā nullus pōt ex
ſeipſo vitare: ſm̄ illud Sap. 8. Scio ꝙ non
poſſū eē ꝯtinēs niſi ds det. ḡ incōtinētia nō
ē pctm̄. ¶ P. Nō ē pctm̄ in rōe videtᷣ ꝯſiſtere
ſʒ in eo q̄ ē incōtinēs vinciᷣ iudiciū rōnis. ḡ
incōtinētia nō ē pctm̄. ¶ P. Nullus peccat
ex eo ꝙ deū vehemēter amat: ſʒ ex vehemē
tia diuini amoris aliq̄s ſit incōtinēs. Dič. n.
Diony⁹ 4. c. đ diui. no. ꝙ Paulus ꝑ inconti
nētiā diui amoris dixit. Uiuo ego: iā ñ ego
ḡ icōtinētia nō ē pctm̄. ¶ Sed ꝯ̄ ē ꝙ ꝯnūe
ratᷣ alijs pctis. 2. ad Thimo. 3. vbi dr̄. crimi
natores incōtinētes imites. ꝛc̄. ḡ incōtinen
tia ē pctm̄. ¶ R⁹ dđ ꝙ icōtinētia pōt attē
di circa aliq̄d tripliciᷣ. Uno⁹ ꝑpe ꝛ ſimpl̄r.
ꝛ ſic icōtinētia attēdiᷣ circa ꝯcupias đlecta
tionū tact⁹: ſicut ꝛ intēꝑātia vt ſ̄ dictū eſt
de ꝯtinētia: ꝛ h̄ mō icōtinētia ē pctm̄ ex du
plici rōe. Uno⁹ ex eo ꝙ icōtinēs recedit ab
eo qđ ē ſm̄ rōem. Alio⁹ ex eo ꝙ ſe imergit q̄
buſdā turpib⁹ delectatōib⁹: ꝛ iō phs dicit in
.7. ethi. ꝙ incōtinētia vituperatᷣ ñ ſolū vt pec
catū: qđ. ſ. ē ꝑ receſſū a rōe: ſʒ ſic malitia que
dā inq̄ʒtū prauas ꝯcupias ſeq̄tur. Alio⁹ incō
tinētia attēdiᷣ circa aliq̄d ꝑpe q̄dē inq̄ʒtum
hō recedit ab eo qđ ē ſm̄ rōem: ſed nō ſim
pl̄r: puta cū aliq̄s nō ſuat modū rōnis i ꝯcu
piſcētia honoris: diuitiaꝝ: ꝛ alioꝝ huiuſmōi
q̄ ſm̄ ſe videtur eē bona: circa q̄ nō ē iconti
nētia ſimpl̄r: ſʒ ſm̄ q̄d: ſicut ſ̄ de ꝯtinētia di
ctū ē. ꝛ ſic incōtinētia ē pctm̄: nō ex eo ꝙ ali
q̄s ingerat ſe prauis ꝯcupiſcētijs: ſed ex eo
ꝙ nō ſeruat modū debitū rōis ēt in ꝯcupia
reꝝ ꝑ ſe appetēdaꝝ. 3⁹ mō icōtinētia dr̄ eſſe
aliq̄d nō ꝑpe: ſʒ ſm̄ ſiľitudinē: puta circa cō
cupiſcētias eoꝝ q̄b⁹ ñ pōt aliq̄s male vti: pu
ta circa concupiſcētias v̄tutū circa q̄s pōt
aliq̄s dici incōtinēs eē ꝑ ſiľitudinē: q꞉ ſicut
ille q̄ ē icōtinēs total̄r ducitᷣ ꝑ ꝯcupiaʒ ma
laʒ: ita aliq̄s totaliter ꝑ concupiām ducitᷣ bo
nā q̄ ē ſʒ rōem: ꝛ talis icōtinētia nō ē pctm̄:
ſʒ ꝑtinet ad ꝑfectōem v̄tutis ¶ Ad p̄mū ḡ di
cēdū ꝙ hō pōt vitare pctm̄ ꝛ facē bonū: nō
tñ ſiñ diuo auxilio: ſm̄ illud Joh. 15. Siñ me
nihil poteſtis facē. vñ ꝑ h̄ ꝙ hō indiget diuo
auxilio ad h̄ ꝙ ſit ꝯtinēs: nō excludiᷣ q̄n icō
tinētia ſit pctm̄: q꞉ vt dr̄. i. 3. ethi. que ꝑ ami
cos poſſum⁹ aliqual̄r ꝑ nos poſſum⁹. ¶ Ad
ſcđʒ dicēdū ꝙ i eo q̄ ē icōtinēs viciᷣ iudiciū
rōis: ñ q̄dē ex nccitate qđ auferret rōeʒ pcti
ſʒ ex negligētia quadā hoīs nō firmiᷣ itēdē
tis ad reſiſtēdū paſſiōi ꝑ iudiciū rōis qđ hʒ:
¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ rō illa ꝓcedit đ incō
tinētia ꝑ ſiľitudinē dicta ꝛ nō ꝑpe.

## Ad tertium ſic proce

diſ. Videt̄ ꝙ incõtinẽs plus peccet q̃ȝ intẽ
perat⁹. Tãto.n.aliqˢ vr̄ grauius peccare q̃to
magis ꝯ̃ ꝯſciam agit ſm̄ illud Luc.12. Ser
uus ſciẽs volũtatẽ dñi ſui ꝛ nõ faciẽs plagiſ
vapulabit multis.ꝛc̃.ſed incõtinẽs magl vr̄
agere ꝯ̃ ꝯſciam q̃ȝ itẽpatus:qꝛ vt dr̄.7. ethi.
icõtinẽs ſciẽs q̃ȝ praua ſũt q̄ ꝯcupiſcit: nihi
lomin⁹ agit ꝓpt̄ paſſionẽ:intpat⁹ aũt iudicat
ea q̄ ꝯcupiſcit eẽ bona.ḡ icõtinens grauiꝰ pec
cat q̃ȝ intpatus. ¶ P. Quãto aliquod pctm̃
grauius ẽ tanto videt̄ eẽ minus ſanabile. vñ
ꝛ peccata in ſpm̃ ſãctũ ſunt grauiſſima ꝛ dicũ
tur eẽ irremiſſibilia:ſed pctm̃ incõtinẽtie vr̄
eẽ iſanabiliꝰ q̃ȝ pctm̃ itẽperãtie.ſanat̄.n.pec
catũ alicꝰ ꝑ ãmonitõem ꝛ correctõeȝ q̄ nihil
videt̄ ꝯferre incõtinẽti q ſcit ſe male agere.
ꝛ nihilomin⁹ male agit.intpato aũt vr̄ ꝙ be
ne agat.ꝛ ſic aliqd ei ꝯferre poſſet ãmonitio
ḡ videt̄ ꝙ incõtinẽs grauius peccat q̃ȝ intem
perat⁹. ¶ P. Quãto aliqˢ ex maiori libidīe
peccat:tanto grauius peccat.ſȝ incõtinẽs pec
cat ex maiori libidine q̃ȝ intẽperat⁹: qꝛ icõti
nẽs hȝ vehemẽtes paſſiões ꝛ ꝯcupias q̃s ñ
ſp hȝ itẽpat⁹.ergo incontinẽs magiſ peccat
q̃ȝ itempat⁹. ¶ Sȝ ꝯ̃ ẽ ꝙ ipenitentia aggrauat
oẽ pctm̃.vñ Aug⁹ i li.de ver.do.dic̃ ꝙ ipeni
tẽtia ẽ pctm̃ i ſpm̃ ſcm̃. ſȝ ſicut phs dic̃ in.7.
ethi.itẽperat⁹ nõ ẽ penitiuus:imanet aũt ele
ctõi.incõtinẽs ãt ois ẽ penitiu⁹. ḡ intẽpera
tus grauiꝰ peccat q̃ȝ incõtinẽs. ¶ Rñdeo dõ
ꝙ pctm̃ ſm Augˡ.ꝑcipue in volũtate ꝯſiſtit.
volũtas.n.ẽ qua peccat̄ ꝛ recte viuit̄.ꝛ ideo
vbi ẽ maior iclinatio volũtatis ad peccãdũ
ibi ẽ graui⁹ peccatũ:i eo aũt q ẽ intẽpat⁹ volũ
tas inclinat̄ ad peccãdũ ex ꝓpa electiõe q̄ ꝓ
cedit ex hitu ꝑ ꝯſuetudinẽ acqſito.i eo ãt q
ẽ incõtinẽs volũtas iclinat̄ ad peccandũ ex
aliq̃ paſſione.ꝛ qꝛ paſſio cito trãſit.hitus ãt
eſt q̃litas difficile mobilis.ide ẽ ꝙ icõtinẽs
ſtatiȝ penitet trãſeũte paſſione: qð nõ acci
dit de intẽperato:qnimo gaudet ſe peccaſſe
eo ꝙ opatio peti ẽ ſibi facta ꝯnãlis ſm hitũ
vnde de his dr̄ puer.2.ꝙ letant̄ cũ malefece
rit ꝛ exultãt i reb⁹ peſſimis.vñ pȝ ꝙ itẽpat⁹ ẽ
mlto peior q̃ȝ incõtinẽs:vt ẽt phs dic̃ in.7.
ethi. ¶ Ad pmũ ḡ dicendum ꝙ igrãtia itel
lect⁹ q̃nq̃ȝ qdẽ ꝑcedit inclinatõeȝ appetitus ꝛ
cãt eã.ꝛ ſic q̃to ẽ maior igrãtia : tãto magis
pctm̃ diminuit vl̄ totalr̄ excuſat inq̃tuȝ cãt
iuolũtariũ.Alio⁹ ecõuerſo igrãtia rõis ſeqt̄
iclinationẽ appetitus.ꝛ talis ignorãtia q̃to
ẽ maior tãto pctm̃ ẽ grauius:qꝛ oſtẽdit̄ inclĩa
tio appetit⁹ eẽ maior.ignorãtia aũt tã incõti
nẽtis q̃ȝ intẽpati ꝓuenit ex eo ꝙ appetitus
ẽ i aliqd iclinat⁹:ſiue ꝑ paſſionẽ ſicut in icõ
nẽte:ſiue ꝑ hitũ ſicut in intẽperato.maior ãt
ignorãtia cãt̄ ex h̄ in itẽperato q̃ȝ i icõtinen
te.ꝛ vno qdẽ mõ q̃tũ ad duratõem.qꝛ i icõ
tinẽte durat illa igrãtia ſolũ paſſione duran
te:ſic acceſſio febris tertiane durat durante
cõmotõe hũoris.igrãtia aũt intẽpati durat
aſſidue ꝓpt̄ ꝑmanẽtiã hit⁹. vñ aſſimilat̄ pti
ſice vl̄ cuicũq̃ȝ morbo ꝯtinuo:vt phs dicit i
7.ethi. Alio ãt mõ ẽ maior igrãtia intẽpera
ti q̃tũ ad id qð ignorat̄.nã igrãtia icõtinen
tis attẽdit̄ q̃tũ ad aliqd ꝑticulare eligibile:
ꝓut.s.eſtiat h̄ nũc eẽ eligẽdũ. ſed itẽperat⁹
hȝ ignorãtiã circa ipm̃ finẽ:iq̃tũ.s.iudicat
hoc eẽ bonũ:vt irrefrenate ꝯcupias ſequat̄.
vñ phs dic̃ in.7.ethi. ꝙ incõtinẽs ẽ melior
itpato:qꝛ ſaluat̄ i eo optimũ ꝑncipiũ.s.r̄cta
eſtimatio de fine. ¶ Ad ſecũdum dicẽdũ ꝙ
ad ſanatõeȝ icõtinẽtis nõ ſufficit ſola cogni
tio:ſȝ reqrit̄ interi⁹ auxiliũ grẽ ꝯcupiam mi
tigantis:ꝛ adhibet̄ ẽt exteri⁹ remediũ ãmo
nitõis ꝛ correctõis ex qb⁹ aliqˢ icipit ꝯcupi
ſcẽtys reſiſtere:ex q̄ cõcupia debilitat̄ : vt ſ
dictũ ẽ. Et hiſdẽ ẽt modis põt ſanari intẽpa
tus.ſed difficilior ẽ ei⁹ ſanatio ꝓpt̄ duo: q̃rũ
ꝑmũ ẽ ex ꝑte rõis q̄ corrupta ẽ circa eſtima
tõem vltimi finis:qð ſe hȝ ſicut ꝑncipiũ i de
mõſtratiuis.difficili⁹ ãt ducit̄ ad v̄itateȝ ille
q errat circa ꝑncipiũ.ꝛ ſilr̄ in opatiuis ille q
errat circa finẽ.aliud aũt ẽ ex ꝑte inclinatio
nis appetit⁹ q̄ in intpato ẽ ex hitu q difficile
tollit̄.inclinatio aũt incõtinẽtis ẽ ex paſſiõe
q̄ facilius reꝑmi põt. ¶ Ad tertium dõ ꝙ li
bido volũtatis que auget pctm̃ maior ẽ i in
tẽpato q̃ȝ i incõtinẽte:vt ex dictl pȝ: ſȝ libido
ꝯcupie appetit⁹ ſenſitiui q̃nq̃ȝ maior ẽ i incõ
tinẽte:qꝛ icõtinẽs nõ peccat niſi a graui cõ
cupia:ſȝ intẽpat⁹ etiã ex leui ꝯcupia peccat:
ꝛ q̃nq̃ȝ eã ꝑuenit.ꝛ iõ phs dicit i.7.ethic. ꝙ
magl intẽpatũ vitupam⁹: qꝛ nõ ꝯcupiſcens
vl̄ qete.i.remiſſe ꝯcupiſcẽs ꝑſeqt̄ delectatio
nes.qd.n.facẽt ſi adeſſet ꝯcupia iuuenilis.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄. Vr̄ ꝙ incõtinẽs ire ſit peior q̃ȝ incõti
nẽs ꝯcupie. Quãto.n.difficili⁹ ẽ reſiſtere paſ
ſioni:tanto incõtinẽtia vr̄ eẽ leuior. vñ phs
dicit.7.ethicor. Non eniȝ ſi quis a fortibus

⁊ ſupexcellētib⁹ delectatōibus vicit vel tri
ſtitijs:nō ē admirabile ſ; ꝯdonabile: ſ; ſicut
Eraclit⁹ dixit. difficilius ē pugnare ꝯ ꝯcupiam
ꝙ̄ ꝯ irā. ḡ leuioꝛ ē icōtinētia ꝯcupie ꝙ̄ incō
tinētia ire. ¶ P. Si paſſio ꝓpt ſuā vehemē
tiā totalr auferat iudiciū rōnis:oino excuſa
tur aliqs a peccato:ſicut p; i eo q incidit ex
paſſione i furiā. ſ; plus remanet de iudicio
rōis i eo q ē icōtinēs ire ꝙ̄ i eo q ē icōtinēs
ꝯcupie. iratus.n. aliq̄lr audit rōem: nō āt cō
cupiſcēs:vt p; ꝑ phm in.7.ethi. ḡ incōtinēs
ire ē peioꝛ ꝙ̄ incōtinēs ꝯcupie. ¶ P. Tāto
aliqd pctm̄ ē ḡui⁹ ꝙ̄to ē piculoſi⁹. ſ; inconti
nētia ire vr̄ eē piculoſioꝛ:q2 ꝑducit hoīe; ad
maius pctm̄ .s. ad homicidiū qd ē ḡuius ꝙ̄
adulteriū:ad qd ꝑducit ꝯcupie incōtinētia
ḡ incōtinētia ire ē ḡuioꝛ ꝙ̄ icōtinētia ꝯcupi
ſcētie. ¶ Sed ꝯ ē qd phs dicit i.7.ethic. ꝙ
min⁹ turpis ē icōtinētia ire ꝙ̄ incontinētia
cōcupiſcentie. ¶ Rñdeo dd ꝙ pctm̄ icōti
nētie pōt dupl'r ꝯſiderari. Uno⁹ ex pte paſſi
onis ex qua rō ſupat. ⁊ ſic icōtinētia ꝯcupie
turpioꝛ ē ꝙ̄ incōtinētia ire: q2 motus ꝯcupi
ſcētie h; maiorē inoꝛdinatōem ꝙ̄ mot⁹ ire.
Et hoc ꝓpt q̄tuoꝛ q̄ phs tāgit in.7 ethi. ꝑ q
dē q2 motus ire ꝑticipat aliqualr rōne:inꝙ̄
tū.s. irat⁹ tēdit ad vīdicādū iniuriā ſibi factā
qd aliq̄lr rō dictat ſ; nō ꝑfecte:q2 nō inten
dit debitū modū vindicte. ſ; mot⁹ ꝯcupiſcē
tie totalr ē ſm ſenſu; ⁊ nullo mō ſm rōem.
2° q2 mot⁹ ire magis cōſeqr coꝛpoꝛis cōple
xionē ꝓpt velocitatē mot⁹ colere q̄ tēdit ad
irā. vn̄ magl ē in ꝓmptu ꝙ ille q ē ſm cōple
xionē coꝛpis diſpoſitus ad iraſcēdū iraſcat:
ꝙ̄ ꝙ ille q ē diſpoſit⁹ ad ꝯcupiſcēdu; ꝯcupi
ſcat. vn̄ ⁊ freq̄ntius ex iracūdis naſcūtur ira
cūdi ꝙ̄ ex ꝯcupiſcētib⁹ cōcupiſcētes. qd āt
ꝓuēit ex nāli coꝛpis diſpoſitōe: reputat magl
venia dignū. 3° q2 ira q̄rit māifeſte opari: ſ;
ꝯcupia q̄rit latebꝛas ⁊ doloſe ſubintrat. 4°
q2 ꝯcupiſcēs delectabilr opat:ſ; irat⁹ quaſi
quadā triſticia ꝑcedēte coact⁹. Alio⁹ pōt cō
ſiderari pctm̄ incōtinētie ꝙ̄tū ad malū i qd
qs icidit a rōe diſcedēs. ⁊ ſic icōtinētia ire
ē vtplimū ḡuioꝛ:q2 ducit i ea q̄ pertinent ad
ꝓximi nocumētū. ¶ Ad ꝑmū ḡ dicēdū ꝙ
difficili⁹ ē aſſidue pugnare ꝯ delectatōem ꝙ̄ ꝯ
irā:qa ꝯcupia ē magis ꝯtinua. ſ; ad horā dif
ficili⁹ ē reſiſtere ire ꝓpt ei⁹ ipetū. ¶ Ad ſcdm
dicēdū ꝙ ꝯcupia dr̄ eē ſine rōne:nō qa tota
lir auferat iudiciū rōnis:ſ; qa i nullo ꝓcedit
ſm iudiciū rōnis. ⁊ ex hoc ē turpioꝛ. ¶ Ad
tertiu; dd ꝙ rō illa ꝓcedit ex pte eoꝝ i que
icontinēs deducit.

# Deinde ꝯſide

randū ē de clemētia ⁊ man
ſuetudine ⁊ vitijs oppoſitis
Circa ꝑas aūt v̄tutes q̄rūt
quatuoꝛ. ꝑ vtrū clemētia
⁊ māſuetūdo ſint idē. 2° vtꝝ vtraq; eaꝝ ſit
virt⁹. 3° vtꝝ vtraq; eaꝝ ſit ps tpātie. 4° de
cōparatōe eaꝝ ad alias v̄tutes.

## Ad primum ſic pro

cedit. Ur ꝙ clemītia ⁊ māſuetudo ſint peni
tus idē. Māſuetudo.n. ē moderatiua iraꝝ:
vt phs dicit in .4. ethi. ira aūt ē appetit⁹ vidi
cte. cū q̄ clemētia ſit lenitas ſupioꝛis aduer
ſus inferiorē i ꝯſtituēdis penis: vt Seneca
dicit in.2. de clemētia. per penas āt ſit vindi
cta:vr ꝙ clemētia ⁊ māſuetudo ſint idē. ¶ P.
Tulli⁹ dicit in.2. rhetoꝛice:ꝙ clemētia ē vt⁹
ꝑ quā aīus ꝯcitat⁹ i odiū alicui⁹ benignitate
retinet. ⁊ ſic vr ꝙ clemētia ſit moderatiua
odij. ſ; odiū:vt Aug⁹ dicit cauſat ab ira circa
quā ē manſuetudo. ḡ vr ꝙ manſuetudo et
clemētia ſint idem. ¶ P. Idem vitiū nō cō
trariat diuerſis v̄tutib⁹:ſed idem vitiū oppo
nit māſuetudini ⁊ clemētie.s. crudelitas. ḡ
vr ꝙ māſuetudo ⁊ clemētia ſint penit⁹ ide;.
¶ Sed ꝯ eſt ꝙ ſm ꝑdictā diffinitōem Se
nece. clemētia ē lenitas ſupioꝛis aduerſus in
feriorē. māſuetudo aūt ñ ſolū ē ſupioꝛis ad
iferioꝛē:ſ; cuiuſlibet ad quēlibet. ḡ manſue
tudo ⁊ clemētia nō ſūt penit⁹ idē. ¶ R° dd
ꝙ ſicut dicit i.2. ethi. virtus moralis ꝯſiſtit
circa paſſiōes ⁊ actōes. paſſiones aūt intio
res ſt exterioꝝ actionū ꝑnc pia:aut ēt impe
dimēta. ⁊ iō v̄tutes q̄ moderātur paſſiones
quodāmodo ꝯcurrūt i eūdē effectū cū v̄tu
tib⁹ q̄ moderātur actōes:ſ; ſpecie differāt. ſi
cut ad iuſticiā ꝓpe ꝑtinet cohibere hoīem a
furto ad qd aliqs inclinat ꝑ ioꝛdinatū amo
rē vl ꝯcupiam pecunie:q̄ moderat per libali
tatē. ⁊ iō libalitas ꝯcurrit cū iuſticia i ſuo ef
fectu q ē abſtinere a furto. ⁊ h̄ ēt ꝯſiderādū
ē in ꝓpoſito. nā ex paſſione ire ꝓuocat aliqs
ad h̄ ꝙ ḡuiorē inferat penā:ad clemētiā aūt
ꝑtinet directe ꝙ ſit diminutiua penarū: qd
qdē ipediri poſſit ꝑ exceſſū ire:⁊ iō māſue
tudo iuq̄tū refrenat ipetū ire:ꝯcurrit i eūdē

effectū cū clemētia. differūt tñ ab inuicē in
q̄tū clemētia ē moderatiua exterioris puni
tionis. māſuetudo aūt ꝓpe diminuit paſſio
nē ire. ¶ Ad primum ḡ dō ꝙ māſuetudo ꝓ
ꝑe reſpicit ipm vindicte appetitū: ſed clemē
tia reſpicit ipas penas q̄ exteriꝰ adhibēt ad
vindictā. ¶ Ad ſcdm dō ꝙ affectus hoīs in
clinat ad minorationē eorꝫ q̄ hōi ꝑ ſe nō pla
cēt. ex h̄ aūt ꝙ aliqs amat aliquē: ꝯuenit ꝙ
nō placet ei ꝑ ſe pena eiꝰ: ſꝫ ſolū in ordie ad
aliud: puta ad iuſticiā vl' ad correctōem eiꝰ
ꝗ punit. ⁊ iō ex amore ꝓuenit ꝙ aliqs ſit ꝓ
ptus ad diminuēdū penas: qd̄ ptinet ad cle
mētiā: ⁊ ex odio īpedit talis diminutio: ⁊ ꝓ
pter h̄ Tulliꝰ dic: ꝙ aīus ꝯcitatꝰ ī odiū. ſ. ad
grauiꝰ puniēdū ꝑ clemētiā retinet: ne. ſ. acri
orē penā inferat. nō ꝙ clementia ſit directe
odij moderatiua. ſed pene. ¶ Ad tertiū dicē
dū ꝙ manſuetudini q̄ eſt directe circa iras ꝓ
ꝑe opponit vitiū iracūdie: qd̄ iportat exceſſū
ire. ſꝫ crudelitas īportat exceſſum in puniē
do. Vñ dicit Seneca in. 2. de clementia. ꝙ
crudeles vocātur ꝗ puniēdi cām hñt: modū
tñ nō hñt. ꝗ aūt in penis hoiūm ꝓpt ſe dele
ctant: etiā ſine cā poſſūt dici ſeui vel feri q̄ſi
affectū hūanū nō hñtes exq̄ nāl'r homo dili
git hominem.

## Ad ſecundū ſic pro

cedit. Videt ꝙ neqꝫ clemētia neqꝫ manſue
tudo ſit vtus. Nulla. n. vtus alt'i vtuti oppo
nit: ſed vtraqꝫ vr̄ opponi ſeueritati q̄ ē q̄daꝫ
vtꝰ. ḡ neqꝫ clemētia neqꝫ māſuetudo ē vtus
¶ P̄. Virtꝰ corrūpit ꝑ ſupflūū ⁊ diminutū:
ſꝫ tā clemētia q̄ꝫ māſuetudo ī quadā diminu
tōe ꝯſiſtūt. nā clemētia ē diminutiua penaꝝ:
māſuetudo aūt ē diminutiua ire. ḡ neqꝫ cle
mētia neqꝫ māſuetudo ē vtus ¶ P̄. Māſue
tudo ſiue mititas ponit Math. 5. int̄ btitu
dines ⁊ int̄ fructꝰ ad Gal. 5. ſꝫ vtutes differt
⁊ a beatitudinibꝰ ⁊ a fructibꝰ. ḡ nō ꝯtinet ſub
vtute. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qd̄ dicit Seneca ī. 2. de cle
mētia. Clemētiā ⁊ māſuetudinem oēs boni
viri pſtabūt: ſꝫ vtus ē ꝓpe q̄ pertiet ad bonos
viros. nā virtꝰ ē q̄ bonū fac hñtē. ⁊ opus eiꝰ
bonum reddit. vt dr̄. 2. ethi. ḡ clemētia ⁊ mā
ſuetudo ſūt vtutes. ¶ Rꝫ dicēdū ꝙ rō vtu
tis moralis ꝯſiſtit ī h̄ ꝙ appetitꝰ rōi ſubdat
vt pꝫ ꝑ phm in p̄ ethi. hoc aūt ſuatur tā ī cle
mētia q̄ꝫ in māſuetudine. nā clemētia in di
minuēdo penas aſpicit ad rōem: vt Seneca
dicit in. 2. de clemētia. ſil'r ēt māſuetudo ſꝫ
rōem rectā moderat iras: vt dr̄ in. 4. ethico.
Vñ māifeſtū ē ꝙ tā clemētia q̄ꝫ māſuetudo
ē virtus. ¶ Ad ꝑmum ḡ dō ꝙ māſuetudo
nō directe opponit ſeueritati. nam māſuetu
do ē circa iras: ſeueritas aūt attēdit circa ex
teriorē īflictōeꝫ penaꝝ. Vñ ſꝫ h̄ videt magis
opponi clemētie: que etiā circa exteriorē pu
nitōem ꝯſiderat vt dictū eſt: nō tñ opponi
tur eo ꝙ vtrūqꝫ eſt ſm rōem rectā. nā ſeueri
tas īflexibilis ē circa inflictōem penaꝝ: qñ
hoc recta rō reqrit. clemētia āt diminutiua
ē penaꝝ ēt ſm rōem rectā: qñ. s. opꝫ ⁊ in q/
bus opꝫ: ⁊ ideo non ſunt oppoſita: qꝛ nō ſūt
circa idē. Ad ſcdm dō ꝙ ſm phm in. 4.
ethi. habitus qui mediū tenet in ira ē īnoia
tus. ⁊ ideo vtus noīatur a diminutione ire q̄
ſignificatur noīe manſuetudinis: eo ꝙ vtus
ꝓpinquior eſt diminutōi q̄ꝫ ſupabundātie ꝓ
pter h̄ ꝙ nā ius ē hōi appetere vindictā iniu
riaꝝ illataꝝ q̄ꝫ ab h̄ deficere: qa vix alicui ni
mis parue videntur iniurie ſibi illate: vt dicit
Saluſtius. clemētia aūt ē diminutiua pena
rū nō q̄dē in reſpectu ad id qd̄ ē ſm rōeꝫ re
ctā: ſed ī reſpectu ad id qd̄ ē ſm legeꝫ cōem
quā reſpicit iuſticia legalis: ſed ꝓpt aliq̄ pti
cularia ꝯſiderata clemētia diminuit penas
q̄ſi decernēs hoīem nō eſſe magis puniēdū
Unde dicit Seneca in 2. de clementia. Cle
mētia hoc ꝑmum pſtat vt quos dimittit: ni
hil aliud illos pati debuiſſe ꝓnunciat. venia
vō debite pene remiſſio eſt: ex quo pꝫ ꝙ cle
mētia ꝯparatur ad ſeueritatē ſicut epicheia
ad iuſticiā legalē: cꝰ ps ē ſeueritas q̄tuꝫ ad
inflictōem penaꝝ ſm legē. differt tñ clemē
tia ab epicheia: vt. i. dicet. ¶ Ad tertiū dicē
dū ꝙ btitudines ſunt actꝰ vtutū. fructꝰ āt ſūt
delectatōes d̄ actibꝰ vtutū. ⁊ ideo nihil ꝓhi
bet māſuetudinē poni ⁊ vtutē et beatitudi
nem et fructum.

## Ad tertium ſic proce

dit. Videt ꝙ ꝑdicte virtutes ñ ſint ptes tem
perātie. Clemētia. n. ē diminutiua penaꝝ vt
dictū ē. h̄ āt phs ī. 5. ethi. attribuit epicheie
que ptinet ad iuſticiā: vt ſ̄ hītū ē. ḡ videt ꝙ
clemētia nō ſit ps tpantie. ¶ P̄. Tpantia ē
circa ꝯcupias. māſuetudo āt ⁊ clemētia nō
reſpiciūt concupiſcētias: ſed magis irā et vī
dictā. nō ḡ debēt poni ptes tpantie. ¶ P̄.
Seneca dic ī. 2. d̄ cle. Qui voluptati ſeuitia ē
poſſumꝰ īſaniā vocare. hoc autē opponitur

clemētie ⁊ mãſuetudini.cū ğ inſania oppõa
tur prudētie:vř ꝙ clemētia ⁊ mãſuetudo ſint
ptes prudētie magł ꝙ̃ tpantie. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qḋ
Seneca dicit i.2.de cle.ꝙ clemētia ē tpan
tia ai i ptāte vlciſcēdi. Tulliꝰ ēt ponit clemē
tiā ptē tpantie ¶ Rñdeo dḋ ꝙ ptes aſſign
tur i ṽtutibꝰ pncipalibꝰ ſm ꝙ imitāř ipas i
aliqbꝰ materÿs ſecūdarÿs q̃tū ad modū ex
q̃ pncipalř depēdet laus ṽtutł:vñ ⁊ nomē ac
cipit:ſicut modus ⁊ nomē iuſticie i q̃dā eq̃li
tate ꝯſiſtit:fortitudis ãt in q̃dā firmitate: tē
perãtie aũt in quadā refrenatōe:inq̃tū.ſ. re
frenat cōcupīas vehemētiſſimas delectatio
nū tactꝰ.clemētia aũt ⁊ mãſuetudo ſiſř i qua
dã refrenatōe ꝯſiſtūt.qꝛ.s.clemētia ē dimi
nutiua penaꝝ. mãſuetudo ṽo ē mitigatiua
ire:vt ex dictis pꝫ.⁊ iõ tā clemētia q̃ mãſue
tudo adiungũtur tpantie ſicut ṽtuti pncipa
li:⁊ ſm hoc ponūř ptes tpantie. ¶ Ad pri-
muꝫ ğ dḋ ꝙ i diminutōe penaꝝ ſūt ꝯſiderā
da duo:q̃ꝝ vnū ē ꝙ diminutio penaꝝ fiat ſꝫ
ītētōeꝫ legiſlatoris lꝫ nō ſm ṽba legł.⁊ ſm h̃
ptinet ad epicheiā. Aliud ãt ē q̃dā modera
tio affectꝰ:vt hō nō vtař ſua ptāte in īflictio
ne penaꝝ.⁊ hoc ꝓprie ptinet ad clemētiā: ꝓ
pter qḋ Seneca dicit ꝙ clemētia ē tpantia
ai in ptāte vlciſcēdi:⁊ h̃ qdē moderatio ani
mi ꝓuenit ex quadā dulcedine affectus:qua
qs abhorret oē illud qḋ pōt aliū ꝯtriſtare. ⁊
iõ dicit Seneca ꝙ clemētia ē q̃dā animi le
nitas.nā ecōuerſo auſteritas ai videř eē i eo
q nō vereř alios ꝯtriſtare. ¶ Ad ſecūduꝫ dḋ
ꝙ adiūctio ṽtutū ſecūdariaꝝ ad pncipales
magł attēdiř ſm modū ṽtutis q ē q̃ſi q̃dam
forma eiꝰ q̃ ſm mãm. mãſuetudo aũt ⁊ cle
mētia ꝯueniūt cū tpantia i modo vt dictuꝫ
ē lꝫ nō ꝯueniãt in mã. ¶ Ad tertiū dḋ ꝙ in
ſania diciř p corruptiōeꝫ ſanitatis:ſicut aũt
ſanitas corpalis corrūpiř p hoc ꝙ corpꝰ re-
cedit a debita ꝯplexione hūane ſpēi:ita etiā
inſania ſm aīam accipiř p hoc ꝙ aīa hūana
recedit a debita diſpoſitōe hūane ſpēi: qḋ q
dē ꝯtingit et ſm rōeꝫ:puta cū aliqs vſū rōis
amittit:⁊ q̃tū ad viꝫ appetitiuā:puta cū ali
qs amittit affectū hūanū:ſm quē hō ē nāľr
oī hōi amicꝰ:vt dř in.8.ethi.inſania aũt que
excludit vſū rōnis opponiř prudētie. ſed ꝙ
aliqs delecteř i penis hoīum dř eē inſania:
qꝛ p hoc videř homo priuatꝰ affectu hūano
quē ſequitur clementia.

# Ad quartum ſic pro

cediř. Videř ꝙ clemētia ⁊ mãſuetudo ſint
potiſſime virtutes. Laus.n.ṽtutł ꝯſiſtit pci
pue in hoc ꝙ ordinat hoīem ad btitudinē q̃
i dei cognitōe ꝯſiſtit:ſꝫ mãſuetudo maxīe or
dinat hoīem ad dei cognitōem.diciř.n. Ja
co.p̊. In mãſuetudine ſuſcipite inſitū ṽbum
⁊ Eccľ.5. Eſto mãſuetꝰ ad audiedū ṽbū dei.
⁊ Dionyꝰ dicit i epľa ad Demophilū Moy
ſen ꝓpter multā mãſuetudinē dei apparitio
ne dignū hītū.ğ mãſuetudo ē potiſſima vir
tutū. ¶ P. Tāto ṽtus aliq̃ vř eē potior:q̃to
magis acceptař a deo ⁊ ab hoībꝰ:ſꝫ mãſuetu
do maxīe vř acceptari a deo.dř.n.Eccl.p̊.ꝙ
beneplacitū ē deo fides ⁊ mãſuetudo. vñ ⁊
ſpãľr ad ſue mãſuetudis imitatōeꝫ xp̄s nos
īuitat diceř.Diſcite a me qꝛ mitis ſū ⁊ hūilis
corde. Et Hilariꝰ dicit ꝙ p mãſuetudinem
mētis nře hītat xp̄s in nob̃. Eſt ēt hoībꝰ ac
ceptiſſima.vn dř Eccľ.3. Fili i manſuetudi
ne pfice opa tua:⁊ ſup hoīum gľiam dilige
ris:ꝓpter qḋ et ꝓuer.20.dř ꝙ clemētia thro
nus regius roborař.ğ mãſuetudo et clemē
tia ſūt potiſſime ṽtutes. ¶ P. Augꝰ dicit in
li.de ſer.do.in mōte:ꝙ mites ſūt q̇ cedūt im
probitatibꝰ et nō reſiſtūt in malo:ſꝫ vincūt i
bono malū.hoc aũt vř ptinere ad mīam vel
pietatē q̃ vř eē potiſſima ṽtutū:qꝛ ſup illud
.i.ad Thimo.4. Pietas ad oīa vtilis ē:dicit
glo. Ambꝰ ꝙ oīs ſūma religionis xp̄iane i pi
etate ꝯſiſtit.ğ mãſuetudo et clemētia ſř ma
xime ṽtutes. ¶ Sed ꝯ̄ ē qꝛ nō ponūtur ṽtu
tes pncipales.ſꝫ adiungūř alīi altīi ṽtuti q̃ſi
pncipaliori. ¶ Rº dḋ ꝙ nihil ꝓhibet aliq̃s
ṽtuteſ nō eē potiſſimas ſimplř:nec q̃ ad oīa
ſed ſm qd et in aliq̃ genē:nō aũt ē poſſibile
ꝙ clemētia et mãſuetudo ſint potiſſime ṽtu
tes ſimplř:qꝛ laus eaꝝ attēdiř i hoc ꝙ retra
hūt a malo:iq̃tū.ſ.diminuūt irā vł penā. p
fectiꝰ ãt ē ꝯſeq̇ bonū q̃ carere malo.et iõ vir
tutes q̃ ſimplř ordināt in bonum:ſicut fides
ſpes caritas:et etiā prudētia et iuſticia ſunt
ſimplř maiores ṽtutes q̃ clemētia et mãſue
tudo:ſed ſm q̃d nihil ꝓhibet clemētiā et mã
ſuetudinē hře quādā excellētiā inter virtu
tes que reſiſtūt affectōibꝰ prauis.nā ira quā
mitigat mãſuetudo ꝓpť ſuū īpetū maxime
impedit aīum hoīs ne libe iudicet ṽitatē et
ꝓpť hoc mãſuetudo maxīe fač hoīem eē cō
potē ſui.vñ dř Eccľ.10. Fili i manſuetudīe

ſerua aīam tuā: q̄uis ꝯcupiſc delectatōuꝫ ta
ctus ſint turpiores ⁊ magis ꝯtinue infeſtēt:
ꝓpt̄ qḋ tꝑantia magis ponit̄ v̄tus ꝑncipal̄
vt ex dictis ꝑꝫ. Clemētia v̄o in h̄ ꝙ diminuit
penas: maxie vr̄ accedē ad caritatē q̄ eſt po
tiſſima v̄tutū ꝑ quā bona opamur ad ꝓxios
⁊ eoꝝ mala īpedim⁹. ¶ Ad ꝑmum ḡ dō ꝙ
māſuetudo ꝑparat hoīem ad dei cognitio
nē: remouēdo īpedimētū: ⁊ h̄ dupl̄r. ꝑ qdē
faciēdo hoīem ꝯpotem ſui ꝑ diminutōeꝫ ire
vt d ctū ē. Alio⁹ q: ad māſuetudinē ꝑtiet ꝙ
hō nō ꝯdicat v̄bis v̄itatis: qḋ plerūq: aliqui
faciūt ex cōmotōe ire: ⁊ iō Aug⁹ dicit in .2.
de doc. xpiana ꝙ miteſcē ē nō ꝯdicere diue
ſcripture ſiue intellecte ſi aliq̄ vitia nr̄a ꝑcu
tit: ſiue nō ītellecte q̄i nos meli⁹ ⁊ veri⁹ ſape
⁊ ꝑcipe poſſem⁹. ¶ Ad ſecunduꝫ dō ꝙ mā
ſuetudo ⁊ clemētia reddūt hoīem dō ⁊ ho
mīb⁹ acceptū. ſm ꝙ ꝯcurrūt ī eūdē effectuꝫ
cū caritate q̄ ē maxima v̄tutū. s. ī ſubtrahen
do mala ꝓximoꝝ. ¶ Ad tertium dō ꝙ mīa
⁊ pietas ꝯueniūt qdē cū māſuetudine ⁊ cle
mētia īq̄ꝫtū ꝯcurrūt ī eūdē effectū q ē ꝓhibē
mala ꝓxioꝝ. differt tn̄ q̄ꝫtū ad motiuū. nā pi
etas r̄mouet mala ꝓxioꝝ ex r̄uerētia quā hꝫ
ad aliquē ſupiorē: puta deū l̄ parētē. mīa v̄o
remouet mala ꝓximorū ex h̄ ꝙ in eis aliq̄s
ꝯtriſtat̄: inq̄ꝫtum eſtimat eas ad ſe ꝑtinere
vt ſ̄ dictū ē: qḋ ꝓuenit ex amicitia que facit
amicos de eiſdē gaudere ⁊ triſtari. māſuetu
do aūt h̄ facit inq̄ꝫtū remouet irā incitāteꝫ
ad vindictā. clemētia v̄o hoc facit ex animi
lenitate: inquātū iudicat eſſe equū vt aliq̄s
nō amplius puniat̄.

## Deinde ꝯſide

randū ē de vitijs oppoſitis:
Et ꝑ̄ de iracūdia q̄ opponi
tur māſuedini. 2⁰ ḋ crudeli
tate que opponit̄ clemētie
Circa iracūdiā querūtur octo. ꝑ̄ vtrū ira
ſci poſſit eē aliqn̄ licitū. 2⁰ vtꝝ ira ſit pctm̄.
¶ 3. vtꝝ ſit pctm̄ mortale. 4. vtꝝ ſit ḡuiſſimū
pctōꝝ. 5. de ſpēb⁹ ire. 6. vtꝝ ira ſit vitiū ca
pitale. 7. que ſint filie ei⁹. 8. vtrum hēat vi
tiū oppoſitum.

## Ad primum ſic pro

cedit̄ Ur̄ ꝙ iraſci nō ſit licitū. Hiero⁹. n. ex
ponens illḋ Math. 5. Qui iraſcit̄ fr̄i ſuo. ⁊c̄.
dicit in q̄buſdā codicib⁹ addit̄: ſiñ cā: ceteꝝ
ī veris diffinita ſnīa eſt ⁊ ira penit⁹ tollit̄. ḡ
iraſci nullo mō licitū ē. ¶ P̄. ſm Dio. 4. c.
de diui. no. malū aīe ē ſine rōe eſſe: ſed ira ſp
ē ſine rōe. dicit. n. ph̄s in. 7. ethi. ꝙ ira nō pfe
cte audit rōem: vt Greg⁹ dic̄. 5. moral̄ ꝙ cū
trāqllitate mētis ira diuerberat dilaniataꝫ
quodāmō ſciſſāq: ꝑturbat. ⁊ Caſſian⁹ dic̄
in li. de inſtitutis cenobioꝝ. Quilibet ex cā
iracūdie mot⁹ eſſeruēs excecat oculū cordis
ḡ iraſci ſp ē malū. ¶ P̄. Ira ē appetitus vin
dicte: vt glo. dicit ſup Leuit. 19. Nō oderis
fr̄em tuū in corde tuo: ſꝫ appetere vltōem n̄
videt̄ eē licitū: ſꝫ hoc ē deo reſeruādū: ſm il
lud Deut̄. 32. mea ē vltio. ḡ vr̄ ꝙ iraſci ſēp ſit
malū. ¶ P̄. Oē illud qḋ abducit nos a diuīa
ſilitudine ē malū: ſꝫ iraſci ſemp abducit nos
a diuina ſil̄tudine: q: ds cū trāqllitate iudi
cat: vt hr̄ Sap. 12. ḡ iraſci ſēper ē malū. Sꝫ
ꝯ ē qḋ Chriſo⁹ dicit ſuper Math. Qui ſiñ
cauſa iraſcit̄ reus erit. Qui vero cum cauſa
non erit reus. nam ſi ira non fuerit: nec do
ctrina ꝓficit: nec iudicia ſtāt: nec crimia cō
peſcūt̄. ḡ iraſci nō ſp ē malū. ¶ R̄⁰ dō ꝙ ira
ꝓpe loq̄ndo ē paſſio q̄dā appetitus ſenſitiui
a qua vis iraſcibilis denoīat̄ vt ſ̄ hitū ē cuꝫ
de paſſionib⁹ agēt̄. Eſt āt h̄ ꝯſiderādū circa
paſſiones aīe ꝙ dupl̄r pōt in eis malū īuenī
ri. Uno⁰ ex ipa ſpecie paſſiōis q̄ qdē ꝯſidera
tur ſꝫ obm paſſiōis: ſic īuidia ſm ſuaꝫ ſpēm
īportat qdā malū. eſt. n. triſticia ḋ bono ali
oꝝ: qḋ ſm ſe rōi repugt̄. ⁊ iō īuidia mox no
miata ſonat aliqd mali: vt ph̄s dic̄ ī. 2. ethi.
h̄ aūt nō ꝯpetit ire q̄ ē appetit⁹ vīdicte. pōt
. n. vīdicta ⁊ bn̄ ⁊ male appeti. Alio⁰ īuenit̄
malū ī aliqua paſſiōe ſꝫ q̄ꝫtitatē ipius. i. ſm
ſupabūdātiā vl̄ defectū ipius. ⁊ ſic pōt malū
ī ira īueniri: qn̄. s. aliq̄s iraſcit̄ plus vl̄ min⁹
ꝑter rōem rectā: tūc iraſci ē illaudabile. Si
āt aliq̄s iraſcit̄ ſm rōem rectā: tunc iraſci ē
laudabile. ¶ Ad ꝑmuꝫ ḡ dicenduꝫ ꝙ ſtoici
iram ⁊ omnes alias paſſiones noiabāt affe
ctus quoſdā ꝑter ordinē rōnis exiſtētes. ⁊
ſm hoc ponebāt irā ⁊ oēs alias paſſiōes eē
malas: vt ſ̄ dictū ē cū de paſſionib⁹ ageret̄.
⁊ ſm hoc accipit irā Hiero⁹. loqtur. n. ḋ ira
qua q̄s iraſcit̄ ꝯ ꝓximū quaſi malū ei⁹ inten
dēs. Sꝫ ſm peripateticos: quoꝝ ſnīam ma
gis approbat Aug⁹ ī. 9. de ciui. dei: ira ⁊ alie
paſſiones aīe dicūt̄ mot⁹ appetit⁹ ſenſitiui ſi
ue ſint moderate ſꝫ rōeꝫ ſiue non. ⁊ ſm hoc
ira nō ſp eſt mala. ¶ Ad ſecūdum dō ꝙ ira

dupl'r ſe pōt hr̄e ad rōez. Uno qdē mō aſce
denter: ⁊ ſic trahit rōem a ſua rectitudine.
vnde hʒ rōem mali. Alio mō ɔſequēter ꝑut
.ſ. appetit⁹ ſenſitiuus mouet ꝯ vitia ſm or
dinē rōnis. ⁊ h̄ ira ē bona q̄ dr̄ ira ꝑ zelū. vn̄
Greg⁹ dicit i. 5. moral'. Curādū ſūmope ē ne
ira q̄ vt inſtr̄m v̄tutis aſſumit menti dn̄etur
ne q̄i dn̄a ꝑeat: ſʒ q̄i ācilla ad obſequm ꝑata
a rōis tergo nunq̄ȝ recedat. h̄ āt ira ⁊ ſi i ipa
executōe act⁹ iudiciū rōis aliq̄lr impediat:
nō tn̄ rectitudinē rōis tollit. vn̄ Grego⁹ ibidē
dicit ꝙ ira ꝑ zelū turbat rōnis oculū: ſʒ ira
ꝑ vitiū excecat. nō ē āt ꝯ rōem v̄tutis vt inē
mittat deliberatio rōis in executōe eius qd̄
ē a rōe ōlibatū: q2 ēt ars īpediret ī ſuo actu
ſi dū dʒ agere deliberaret de agēdis. ¶ Ad
tertium dō ꝙ appetere vindictā ꝑpt̄ maluʒ
eius q puniēdus ē: illicitū ē: ſʒ appetere vin
dictā ꝑpt̄ vitioꝝ correctōem ⁊ bonum iuſti
cie ɔſeruādum laudabile ē: ⁊ in h̄ pōt tende
re appetit⁹ ſenſitiuus inq̄ȝtū mouet a rōne:
⁊ dū vīdicta ſʒ ordinē iudicij fit: a dō c⁹ mi
niſter ē ptās puniēs: vt dr̄ Ro. 13°. ¶ Ad q̄r
tū dicendū ꝙ deo aſſimilari poſſum⁹ ⁊ dbe
mus ī appetitu boni: ſʒ ī mō appetēdi ei oīo
aſſilari non poſſum⁹: q2 in deo nō ē appeti
tus ſenſitiuus ſic ī nob̄ cui⁹ mot⁹ dʒ rōni de
ſeruire. Un̄ Greg⁹ dicit i. 5. moral'. ꝙ tunc ro
buſtius rō ꝯ vitia erigit: cū ira ſubdita rōni
famulatur.

# Ad ſecunduʒ ſic pro

cedit. Ur̄ ꝙ ira non ſit pctm̄. Peccando. n.
demeremur: ſʒ paſſionibus non demeremur
ſicut nec vituꝑamur: vt dr̄ in. 2. ethi. g̊ nulla
paſſio ē pctm̄: ira āt ē paſſio vt ſ̄ hitū ē cuʒ
de paſſionib⁹ ageret. g̊ ira nō ē pctm̄. ¶ P̄.
In oī pctō ē ɔuerſio ad aliqd̄ bonū ɔmuta
bile: ſed ꝑ irā nō ɔuertit aliqs ad bonū ɔmu
tabile: ſʒ ī malū alic⁹. g̊ ira nō ē pctm̄. ¶ P̄.
Nullus peccat ī eo qd̄ vitare n̄ pōt: vt Aug⁹
dic̄: ſʒ irā hō vitare nō pōt: q2 ſuꝑ illud pſal'.
Iraſcimini ⁊ nolite peccare: dic̄ glo. ꝙ mo
tus ire nō ē ī ptāte nr̄a. Phs ēt dic̄ i. 7. ethi.
ꝙ irat⁹ cū triſticia oꝑat: triſtitia aūt ē ꝯria
volūtati. g̊ ira nō ē pctm̄. ¶ P̄. Pctm̄ eſt ꝯ
nām: vt Dam. dicit i. 2. li. ſʒ iraſci nō eſt ɔtra
nāʒ hoīs cū ſit act⁹ nālis potētie que ē iraſci
bilis. vn̄ ⁊ Hiero⁹ dicit in q̄dā epl'a. ꝙ iraſci
ē hoīs. g̊ iraſci nō eſt pctm̄. Sʒ ꝯ ē qd̄ apl's
dic̄ ad Eph. 4. Ois indignatio ⁊ ira tollat a

vob̄. ¶ Rn̄deo dō ꝙ ira ſicut dictū ē ꝑprie
noīat quādā paſſionē. paſſio aūt appetitus
ſenſitiui intātū ē bona inq̄ȝtū rōne regulat.
ſi aūt ordinē rōnis excludat eſt mala. Ordo
aūt rōnis in ira pōt attēdi q̄ȝtum ad duo. p̊
qdē q̄ȝtū ad appetibile ī qd̄ tēdit: qd̄ ē vindi
cta. vn̄ ſi aliqs appetat ꝙ ſm ordinē rōnis fi
at vindicta ē laudabilis ire appetit⁹: ⁊ vocat
ira ꝑ zelū. ſi aūt aliqs appetat ꝙ fiat vīdicta
q̄litcunq̄ȝ ꝯ ordinē rōnis: puta ſi appetat pu
niri eū q nō meruit vl' vltra q̄ȝ meruit: vel ēt
nō ſm legitimū ordinē: vl' nō ꝑpt̄ debituʒ fi
nē q ē ɔſuatio iuſticie: ⁊ correctio cl'pe: erit
appetit⁹ ire vitioſus: ⁊ noīatur ira ꝑ uitium.
Alio⁹ attēdit ordo rōnis circa irā q̄ȝtum ad
modū iraſcēdi: vt. ſ. mot⁹ ire non īmoderate
ferueſcat nec interius nec exterius: qd̄ qdeʒ
ſi ꝑtermittat nō erit ira abſq̄ȝ peccato: etiā ſi
aliqs appetat iuſtā vindictā. ¶ Ad primuʒ
g̊ dō ꝙ qa paſſio pōt eē regulata rōne vl' nō
regulata: iō ſm paſſionē abſolute ɔſideratā
nō importat rō meriti ul' d̄meriti: ſeu laudis
ul' uituperij. ſm tn̄ ꝙ ē regulata rōne poteſt
hr̄e rationē meritorij ⁊ laudabilis. ⁊ eꝯ̄rio
ſm ꝙ nō eſt regulata rōne pōt hr̄e rationē
demeriti uel uituꝑabilis. vn̄ ⁊ phs ibidē di
cit ꝙ laudat ul' uituꝑatur q aliq̄liter iraſcit.
¶ Ad ſcōm dō ꝙ iratus nō appetit malum
alteri⁹ ꝑpt̄ ſe: ſed ꝑpt̄ vindictā in quam con
uertit appetit⁹ eius ſicut ī qddā cōmutabile
bonū. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ hō ē dn̄s ſuo
rū actuū ꝑ arbitriū rōnis. ⁊ iō motus q ꝑue
niunt iudiciū rōnis nō ſūt in ptāte hoīs ī ge
nerali: ut. ſ. nullus eoꝝ inſurgat: q̄ȝuis ratio
poſſit quēlibet ſingularit̄ īpedire ne īſurgat.
⁊ ſm h̄ dr̄ ꝙ mot⁹ ire nō ē ī ptāte hoīs: ita. ſ.
ꝙ nullus īſurgat: q2 tn̄ aliqualr̄ ē ī hoīs ptā
te: nō totalr̄ ꝑdit rōem peccati ſi ſit inordina
tus. ꝙ aūt phs dic̄ iratū cū triſticia oꝑari: n̄
ē ſic intelligēdū ꝙ triſtet de eo ꝙ iraſcit: ſʒ
qa triſtat de īiuria quā eſtimat ſibi illatā: ⁊
ex hac triſtitia mouet ad appetēdū uīdictaʒ
¶ Ad quartū dō ꝙ iraſcibilis in hoīe nālr
ſubijcit rōni: ⁊ iō act⁹ eius intātū ē hoī nālis
inq̄ȝtū ē ſm rōem. inq̄ȝtū v̄o ē ꝑter ordinē ra
tōis: ē ꝯ hoīs naturam. l

# Ad tertium ſic proce

dit. Uidet ꝙ oīs ira ſit pctm̄ mortale. Dicit
. n. Job. 5. Uirʒ ſtultū inficit iracūdia: ⁊ loq̄t
de infectōe ſpūali a q̄ noiat pctm̄ mortale.

g̃ oīs ira ē pctm̄ mortale. ¶ P̄. Nihil mere
tur damnatōem eternā niſi pctm̄ mortale:
ſȝ ira merer̄ dānatōem eternā. dicit. n. domi
nus Math. 5. Qis qui iraſcit̄ fratri ſuo reus
erit iudicio: vbi dicit glo. ꝙ ꝑ illa tria q̄ ibi
tangunt̄. ſ. iudiciū ꝛ cōciliū. ꝛ gehēna diuer
ſe manſiones ī etn̄a dānatōe ꝓ mō peccati
ſingularit̄ exp̄mūtur. g̃ ira ē pctm̄ mortale.
¶ P̄. Quicqd ꝯriat̄ caritati ē pctm̄ mortale
ſed ira de ſe ꝯriat̄ caritati: vt pȝ ꝑ Hiero. ſup
illud Math. 5. Qui iraſcit̄ frī ſuo. ꝛc̄. vbi di
cit ꝙ h̄ ē ꝯ̄ ꝓximi dilectōem. g̃ ira eſt pctm̄
mortale. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē qđ ſup illō ps. Iraſcimi
ni ꝛ nolite peccare. dicit glo. venialis ē ira q̄
nō ꝑducit̄ ad effectū. ¶ R̄. dō ꝙ mot⁹ ire
pōt eē inordinat⁹ ꝛ pctm̄ dupl'r: ſicut dictū
ē. Uno° ex pte appetibil': vtpote cū aliqs ap
petit iiuſtā vīdictā. ꝛ ſic ex genē ſuo ira eſt
pctm̄ mortale. qꝛ ꝯriat̄ caritati ꝛ iuſticie. pōt
tm̄ ꝯtigē ꝙ tal' appetit⁹ ſit pctm̄ veniale ꝓpt̄
iperfectōem act⁹: q̄ qdē ipfectio attēdit̄: vel
ex pte appetētis: puta cū mot⁹ ire ꝑuenit iu
diciū rōnis: vl' ēt ex pte appetibil': puta cū ali
qs appetit ī aliq̄ modico ſe vīdicare qđ q̄ſi ni
hil ē reputādū: ita ēt ꝙ ſi actu inferat̄ nō eēt
pctm̄ mortale: puta ſi aliqs parum trahat ali
quē puer ꝑ capillos vl' aliqd h⁹i. Alio° pōt
eē mot⁹ ire iordinat⁹ q̄tū ad modū iraſcēdi
vtpote ſi nimis ardēter iraſcat̄ iteri⁹: vl' ſi ni
mis exti⁹ māifeſtet ſig̃ ire. ꝛ ſic ira ſm ſe nō
hēt ex ſuo genē rōem pcti mortalis. pōt tm̄
ꝯtingere ꝙ ſit pctm̄ mortale: puta ſi ex vehe
mētia ire aliqs excidat a dilectōe dei ꝛ ꝓxi
mi. ¶ Ad p̄mū g̃ dicēdū ꝙ ex illa auctorita
te nō hr̄ ꝙ oīs ira ſit pctm̄ mortale: ſȝ ꝙ ſtul
ti ꝑ iracūdiā ſpūalr̄ occidūt̄: inq̄tū. ſ. nō re
frenādo ꝑ rōem motū ire: dilabūt̄ ī aliq̄ pctā
mortalia: puta ī blaſphemiā dei: vl' iniuriam
ꝓximi. ¶ Ad ſecunduȝ dō ꝙ dn̄s vbū illud
dixit de ira q̄ſi ſupaddens ad illud vbū legis
q̄ occidit reus erit iudicio. vn̄ loq̄t̄ ibi dn̄s
de motu ire in q̄ quis appetit ꝓximi occiſio
nē aut quācūq; grauē leſionē: cui appetitui
ſi cōſenſus rōis ſupueniat: abſq; dubio erit
pctm̄ mortale. ¶ Ad tertium dicēdum ꝙ i
illo caſu ī q̄ ira ꝯriat̄ caritati ē pctm̄ morta
le: ſȝ h̄ non ſp accidit: vt ex dictis pȝ.

## Ad quartum ſic pro

cedit̄. Uꝛ ꝙ ira ſit grauiſſimū pctm̄. Dic̄. n.
Chriſo⁹ ꝙ nihil ē turpi⁹ viſu furētis: ꝛ nihil
deformi⁹ ſeuero viſu: ꝛ m̄lto magis aīa. g̃ ira
ē grauiſſimū pctm̄. ¶ P̄. Quāto aliqđ pctm̄
ē magis nociuū: tāto videt̄ eē peius: qꝛ ſicut
Aug⁹ dicit ī en:heri. malū dr̄ aliqd qđ nocet
ira aūt maxime nocet: qꝛ aufert hōi rōem ꝑ
quā ē dn̄s ſuiipius. dicit. n. Chriſo⁹ ꝙ ire ꝛ
inſanie nihil ē mediū. ſed ira tꝑane⁹ ē qdam
dmon. magis aūt ꝛ demoniū hn̄te difficili⁹
g̃ ira ē grauiſſimū pctm̄. P̄. Interiores mo
tus diiudicant̄ ſm exteriores effect⁹. ſȝ effe
ctus ire ē homicidiū qđ ē g̃uiſſimum pctm̄
¶ Sed ꝯ̄ ē ꝙ ira cōpat̄ ad odium ſicut fe
ſtuca ad trabē. dic̄. n. Aug⁹ ī regl'a. ne ira cre
ſcat in odiū ꝛ trabē faciat de feſtuca. ñ g̃ ira
ē g̃uiſſimū pctm̄. ¶ R̄. dō ꝙ ſicut dictuȝ
ē: iordinatio ire ſm duo attēdit̄. ſ. ſm idebi
tū appetibile ꝛ ſm idebitū modū iraſcendi.
Quātū igit̄ ad appetibile qđ irat⁹ appetit vr̄
eē ira mīmū pctōꝝ. appetit. n. ira malū pene
alic⁹ ſub rōe boni qđ ē vīdicta: ꝛ iō ex parte
mali qđ appetit ꝯuenit pctm̄ ire cū ill' pctis
q̄ appetūt malū ꝓximi: puta cū iuidia ꝛ odio
ſȝ odiū appetit abſolute malū alic⁹ inq̄tuȝ
huiuſmōi. inuidus āt appetit malū alterius
ꝓpt̄ appetitū ꝓꝓe gl'ie. ſȝ irat⁹ appetit maluȝ
alt̄i⁹ ſub rōe iuſte vīdicte. Ex q̄ pȝ ꝙ odiū eſt
graui⁹ q̄ȝ inuidia ꝛ inuidia q̄ȝ ira: qꝛ pei⁹ ē ap
petere malū ſub rōe mali q̄ȝ ſub rōe boni: ꝛ
pei⁹ ē appetē malū ſub rōe boni extioris qđ
ē honor vl' gl'a q̄ȝ ſub rōe rectitudis iuſticie
ſed ex pte boni ſub c⁹ rōe irat⁹ appetit malū
ꝯuenit ira cū pctō cōcupiſcētie: qđ tēdit in
aliqđ bonū. ꝛ q̄tū ad h̄ ēt abſolute loq̄ndo
pctm̄ ire vr̄ eē min⁹ q̄ȝ cōcupiſcētie: quanto
melius ē bonū iuſticie qđ appetit iratus q̄ȝ
bonū delectabile vl' vtile qđ appetit ꝯcupi
ſcēs. vn̄ phs dicit in. 7. ethi. ꝙ incōtinēs cō
cupiſcētie ē turpior q̄ȝ incōtinēs ire. Sȝ quā
tū ad inordinatōem q̄ eſt ſm modū iraſcen
di ira hȝ q̄ndā excellētiā ꝓpt̄ vehemētiā ꝛ ve
locitatē ſui mot⁹: ſm illud puer. 27. Ira non
hȝ miaȝ nec erūpēs furor: ꝛ ipetū concitati
ſp̄: ferre qs poterit. vn̄ Greg⁹ dic̄. 5. moral'. Ire
ſue ſtimul' accēſū cor palpitat: corp⁹ tremit:
ligua ſe ꝑpedit: facies igneſcit: exaſpant̄ ocl'i
ꝛ neq̄q̄ȝ recognoſcūt̄ noti: ore qdē clamorē
format. ſȝ ſenſus qd loq̄t̄ ignorat. ¶ Ad p̄i
mū g̃ dō ꝙ Chriſo⁹ loq̄t̄ de turpitudīe quā
tū ad geſt⁹ exteriores q̄ ꝑueniūt ex impetu
ire. ¶ Ad ſecūdum dicēdū ꝙ rō illa ꝓcedit
ſm inordinatū motū ire qui ꝑuenit ex eius

impetu vt dictū eſt. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ
homicidiū nō minꝰ ꝓuenit ex odio vel inui
dia q̄ʒ ex ira: ira tñ leuioꝛ ē inq̄ꜩtum attendit
rōem iuſticie: vt dictum ē.

## Ad quintum ſic pro

cedit. Ur ꝙ incōuenient̄ determinent̄ ſpēs
iracūdie a pħo in. 4. ethi. vbi dicit ꝙ iracun
doꝝ qdā ſūt acuti: qdā amari: qdā difficiles
ſiue ḡues: q̄ꝛ ſcḋm ipm amari dicunt̄ quoꝝ ira
difficile ſoluit̄ ⁊ mlto tpe manet. ſed h̄ vr̄ ꝑ
tinere ad circūſtātiā tpis. ḡ vr̄ ꝙ ēt ſcḋm aliaſ
circūſtātias poſſint accipi alie ſpēs ire. ¶ P̄.
Difficiles ſiue graues dicit eē quoꝝ ira non
cōmittat̄ ſine cruciatu vel punitōe. ſed h̄ ēt
ꝑtinet ad iſolubilitatē ire. ḡ vr̄ ꝙ idem ſint
difficiles ⁊ amari. ¶ P̄. Dñs Math. 5. ponit
tres ḡdus ire cū dicit: q iraſcit̄ fratri ſuo: et
qui dixerit frī ſuo racha: ⁊ qui dixerit fratri
ſuo fatue: q gdē gradus ad p̄dictas ſpēs nō
referūtur. ḡ vr̄ ꝙ p̄dicta diuiſio ire nō ſit cō
ueniēs. ¶ Sʒ ꝯ ē qḋ Gregoꝰ niſenꝰ dicit: ꝙ
tres ſūt iraſcibilitatis ſpēs. ſ. ira q̄ vocat̄ fel/
lea ⁊ māia q̄ vocat̄ iſania. ⁊ furoꝛ: q̄ tria vidē
tur eē eadē tribꝰ p̄miſſis. nā irā felleā dic̄ eē
q̄ p̄ncipiū ⁊ motū hʒ: qḋ pħs attribuit acutis
maniā vo dicit eē irā q̄ ꝑmanet ⁊ in vetuſta
tē deuenit: qḋ pħs attribuit amaris. furoꝛeʒ
āt dicit eē irā q̄ obſeruat tps i ſuppliciū: qḋ
pħs attribuit difficilibꝰ. Et eandē etiā diui
ſionē ponit Dam̄. in. 2. li. ḡ p̄dicta diſtinctio
pħi nō ē incōueniēs. ¶ R̄ñdeo dicēdū ꝙ predi
cta diſtinctio pōt referri vel ad paſſionē ire
vel etiā ad ipm pctm̄ ire. Quō aūt referatur
ad paſſionē ire ꝯ̄ditum ē cū de paſſiōe ire
ageret̄: ⁊ ſic p̄cipue videt̄ pōi a Greg. niſeno
⁊ Damaſceno. Nūc aūt opʒ accipe diſtincti
onē haꝝ ſpēꝝ ſcḋm ꝙ pertinēt ad pctm̄ ire ꝑ
ut ponit̄ a pħo. Pōt. n. iordinatio ire ex du
obus attēdi. p̄ qdē ex ipſa ire origine: ⁊ hoc
ꝑtinet ad acutos q nimis cito iraſcūt̄: ⁊ ex
q̄libet leui cā. Alioꝰ ex ipſa ire duratōe: eo. ſ.
ꝙ ira nimis ꝑſeuerat: qḋ qdē pōt eē duplr̄.
Unoꝰ q̄ꝛ cā ire. ſ. iniuria illata nimis manet
ī memoria hoīs. vñ ex hoc hō diuturnaʒ tri
ſtitiā ꝯcipit: ⁊ iō ſūt ſibiipis ḡues ⁊ amari.
Alioꝰ ꝯtingit ex ꝑte ipius vindicte: quaʒ ali
quis obſtinato appetitu q̄rit: ⁊ h̄ ꝑtinet ad
difficiles ſiue ḡues q nō dimittunt irā q̄uſqʒ
puniāt. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū ꝙ i ſpēbus p̄dictis
non p̄ncipalr̄ ꝯſideraf̄ tps ſed facilitas hoīs

ad irā vel firmitas in ira. ¶ Ad ſcḋm dicēdū ꝙ
vtriqʒ. ſ. amari ⁊ difficiles hñt irā diuturnaʒ:
ſed ꝓpt̄ aliā cām. nā amari hñt irā ꝑmanen
tē ꝓpt̄ ꝑmanētiā triſtitie quā int̄ viſcera te
nēt clauſā. ⁊ q̄ꝛ nō ꝓrūpunt ad exterioꝛa ira
cūdie ſigna: nō poſſūt ꝑſuaderi ab aliis: nec
ex ſeipis recedūt ab ira niſi ꝑut diuturnita
te tpis abolet̄ triſticia: ⁊ ſic deficit ira. ſʒ in
difficilibꝰ ē ira diuturna ꝓpter vehemēs de/
ſideriū vindicte: ⁊ iō tpe nō digerit̄: ſed ꝑ ſo
lā punitōem quieſcit. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ gra
dus ire quos dñs ponit: nō ꝑtinēt ad diuer
ſas ire ſpēs: ſʒ accipiūt̄ ſcḋm ꝓceſſū hūani actꝰ
ī qbꝰ p̄mo aliqd ī coꝛde ꝯcipit̄. ⁊ q̄ꜩtū ad h̄ di
cit: q iraſcit̄ frī ſuo. ſcḋm aūt ē cū ꝑ aliq̄ ſig̃
extioꝛa manifeſtat̄ exteriꝰ ēt anq̄ʒ ꝓrūpat in
effectū. ⁊ q̄ꜩtū ad h̄ dicit: q dixerit frī ſuo ra
cha: qḋ ē interiectio iraſcētis. tertius ḡdus eſt
qñ pctm̄ interiꝰ ꝯceptū ad effectū p̄ducitur
ē āt effectꝰ ire nocumētū alterius ſub rōe vi
dicte. minimū aūt nocumētoꝝ ē qḋ fit ſolo ver
bo. ⁊ iō q̄ꜩtū ad h̄ dic̄: q dixerit frī ſuo fatue
⁊ ſic pʒ ꝙ ſecūdum addit ſupꝛa p̄mum: ⁊ ter
tiū ſupꝛa vtrūqʒ. vñ ſi p̄mū ē pctm̄ moꝛtale i
caſu in quo dñs loqtur ſicut dictū ē: multo
magis alia. ⁊ iō ſingulis eoꝝ ponūtur coꝛre
dentia aliq̄ ꝑtinētia ad ꝯdēnatōem. ſʒ i p̄mo
ponitur iudiciū qḋ minꝰ ē: q̄ꝛ vt Augꝰ dic̄. in
iudicio adhuc defenſionis locꝰ dat̄. in ſecū
do vo pōit ꝯciliū ī quo iudices int̄ ſe ꝯferūt
quo ſupplicio dānari opoꝛteat. i tertio pōit
gehēnā ignis que ē certa dānatio.

## Ad ſextum ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ ira non debeat poni int̄ vitia
capitalia. Ira. n. ex triſtitia naſcit̄. ſed triſti
tia ē vitiū capitale: qḋ dicit̄ accidia. ḡ ira nō
dʒ poni vitiū capitale. ¶ P̄. Odiū ē ḡuius
pctm̄ q̄ʒ ira. ḡ magis dʒ poni vitiū capitale
q̄ʒ ira. ¶ P̄. Sup illud ꝓuer. 29ᵒ. Uir iracun
dus ꝓuocat rixas. dic̄ glo. Janua ē oīuʒ vi
tioꝝ iracūdia q̄ clauſa v̄tutibꝰ itriſecꝰ dabit̄
ges: apta aūt ad oē facinꝰ armabit̄ aīus. nul
lū aūt vitiū capitale ē p̄ncipiū oīum pctoꝝ
ſʒ quoꝛūdā determiate. ḡ ira nō dʒ poni inter
vitia capitalia. ¶ Sed ꝯ eſt ꝙ Greg. 30. mo
ral. ponit irā int̄ vitia capitalia. ¶ R̄ñdeo
dicēdū ꝙ ſicut ex p̄miſſis pʒ vitiū capitale dicit̄
ex quo multa vitia oꝛiunt̄. Habʒ aūt h̄ ira
ꝙ ex ea mlta vitia oꝛiri pñt duplici rōe. p̄ ex
ꝑte ſui obi: qḋ mltū hʒ d̄ rōe appetibilitatis

inqnātū.s.vindicta appetit ſub rōne iuſti ꝗ
honeſti:qꝛ ſua dignitate allicit vt ſ̄ hītū eſt.
Alio° ex ſuo īpetu quo mētē ꝑcipitat ad inoꝛ
dinata quecūqꝫ agēda. vñ maīfeſtū ē ꝙ ira
ē vitiū capitale. ¶ Ad pmum ḡ dō ꝙ illa tri
ſticia ex qua oꝛit :ita vtplimū nō ē accidie vi
tiū:ſed paſſio triſticie q̄ ꝯſeqt ex iniuria illa
ta. ¶ Ad ſcōm dō ꝙ ſicut ex ſ̄ dictis pꝫ:ad
rōem vitiȷ capitalis ptinet ꝙ hēat finē mul
tū appetibilē:vt ſic ꝓpt appetitū eius mlta
pctā cōmittant.ira aūt q̄ appetit maluꝫ ſub
rōne boni hꝫ finē magis appetibilē q̄ꝫ odiū
qd̄ appetit malū ſub rōne mali: ꝛ iō magis
eſt vitiū capitale ira q̄ꝫ odiū. ¶ Ad tertium
dō ꝙ ira dr̄ ianua vitioꝝ per accn̄s.s.remo
uendo ꝓhibēs.i.īpediēdo iudiciū rōis p qd̄
hō retrahit a malis:directe āt ꝛ p ſe ē aliq̄ꝫ
cā ſpāliū pctōꝝ q̄ dicūt filie eius.

## Ad ſeptimum ſic pro

cedit. Ur ꝙ incōueniēter aſſignēt ſex filie
ire:que ſūt rixa tumoꝛ mētis: ꝯtumelia: cla
moꝛ:īdignatio:blaſphemia. Blaſphemia.n.
ponit ab Iſidoꝛo filia ſupbie.nō ḡ dꝫ poni fi
lia ire. ¶ P. Odiū naſcit ex ira: vt Aug⁹ dic̄
in regula.ḡ deberet numerari int̄ filias ire.
¶ P. Tumoꝛ mentis videt idē eē qd̄ ſuper
bia.ſupbia aūt nō ē filia alic⁹ vitiȷ. ſed mater
oīuꝫ vitioꝝ:vt Greg⁹ dicit.ʒi°moꝛal.ḡ tumoꝛ
mētis nō dꝫ numerari int̄ filias ire. Sed
ꝯ̄ ē ꝙ Greg⁹.ʒi.moꝛal.aſſignat has filias ire.
¶ Rñdeo dō ꝙ ira pōt triplr̄ ꝯſiderari. Uno
mō ſꝫ ꝙ ē ī coꝛde.ꝛ ſic ex ira naſcūt duo vi
tia. Unū qdē ex pte ei⁹ ꝯ̄ quē iraſcit:quē re
putat indignū vt ſibi tale qd fecerit: ꝛ ſic pōi
tur indignatio. Aliud āt vitiū ē ex pte ſui ip
ſius inq̄ꝫtū.s.cogitāt diuerſas vias vīdicte:
ꝛ talib⁹ cogitatōib⁹ aīum ſuū replet: ſm illō
Iob.ij. Nūqd ſapiens īplebit ardoꝛe ſtoma
chū ſuū.ꝛ ſic ponit tumoꝛ mētis: Alio° con
ſideraf ira ſm ꝙ ē in oꝛe:ꝛ ſic ex ira duplex
īoꝛdinatio ꝓcedit. Una qdē ſm hoc ꝙ hō ī
mō loq̄ndi irā ſuā demōſtrat:ſicut dictū eſt
de eo q dicit frī ſuo racha.ꝛ ſic pōit clamoꝛ:
p quē intelligit īoꝛdinata ꝛ cōfuſa locutio.
Alia āt ē inoꝛdinatio ſm ꝙ aliqs ꝓrūpit in
verba iniurioſa:q̄ qdem ſi ſint ꝯ̄ deū:erit bla
ſphemia.ſi āt ꝯ̄ ꝓximū:ꝯtumelia. ʒ° mō cō
ſideraf ira ſm ꝙ ꝓcedit uſqꝫ ad factuꝫ: ꝛ ſic
ex ira oꝛiūtur rixe p quas ītelligūtur oīa no
cumēta q̄ ſcō ꝓximis inferūtur ex ira. ¶ Ad
primū ḡ dō ꝙ blaſphemia in quā aliqs ꝓrū
pit delibata mēte ꝓcedit ex ſupbia hoīs ꝯ̄
deū ſe erigētis:qꝛ vt dr̄ Eccl.io. Initiū ſup
bie hoīs apoſtatare a deo.i.recedē a venera
tōe eius:eſt pma ſupbie pars.ꝛ ex hoc oꝛitur
blaſphemia:ſed blaſphemia ī quā aliqs ꝓrū
pit ex ꝯmotōe aī ꝓcedit ex ira ¶ Ad ſcōꝫ di
cēdū ꝙ odiū ꝛſi alr̄ naſcat ex ira:tñ hꝫ aliq̄ꝫ
ꝑorē cām ex q̄ directi⁹ oꝛit .ſ.triſticiā: ſicut e
ꝯ̄rio amoꝛ naſcit ex dilectōe.ex triſticia āt il
lata q̄ñqꝫ in irā q̄ñꝫ in odiū aliqs mouetur.
vñ ꝯueniēti⁹ fuit ꝙ odiū poneret oꝛiri ex ac
cidia q̄ꝫ ex ira. ¶ Ad tertium dō ꝙ tumoꝛ
mētis nō accipitur h̄ p ſupbia:ſꝫ p q̄dā cona
tu ſiue audacia hoīs intētātis vīdictā. auda
cia āt ē vitiū foꝛtitudini oppoſitum.

## Ad octauum ſic pro

cedit. Ur ꝙ nō ſit aliqd̄ vitiū oppoſitū iracū
die ꝓueniēs ex ꝺfectu ire. Nihil.n.ē vitioſuꝫ
p qd̄ hō deo aſſilatur.ſꝫ p hoc ꝙ hō oīno eſt
ſinē ira ſilatur deo q cū trāq̄llitate iudicat.ḡ ñ
vr̄ ꝙ ſit vitioſū oīo ira carere. ¶ P. Defect⁹
ei⁹ qd̄ ad nihil ē vtile:nō ē vitioſus. ſꝫ mot⁹
ire ad nihil ē vtilis:vt ꝓbat Seneca ī li. quē
fecit de ira.ḡ vr̄ ꝙ defect⁹ ire nō ſit vitioſus.
¶ P. Malū hoīs ſm Dyo.ē ꝑter rōem eē.
ſed ſubtracto oī motu ire adhuc remanet in
tegrū iudiciū rōis.ḡ nullus defect⁹ ire vitiū
cāt ¶ Sed ꝯ̄ ē qd̄ Chriſo⁹ dicit ſup Math.
Qui cū cā ñ iraſcitur peccat:patiētia.n. irrō
nabilis vitia ſemiat:negligētiā nutrit: ꝛ non
ſolū malos:ſꝫ ēt bonos inuitat ad malum.
¶ Rñdeo dō ꝙ ira duplr̄ pōt ītelligi. Uno°
ſimplr̄ mot⁹ volūtatis quo aliqs nō ex paſſi
one ſꝫ ex iudicio rōnis penā infligit. ꝛ ſic de
fect⁹ ire abſqꝫ dubio eſt pctm̄. ꝛ hoc mō ira
accipitur in ꝟbis Chriſo.q d cit ibidē. Ira
cūdia que cū cā ē:ñ ē iracūdia ſꝫ iudiciū. ira
cūdia.n. ꝓpe intelligitur cōmotio paſſionis
q āt cū cā iraſcitur:ira illi⁹ nō ē ex paſſione
iō iudicare dr̄ nō iraſci. Alio° accipitur ira
p motu appetit⁹ ſenſitiui q ē cū paſſione ꝛ
trāſmutatōe coꝛpali:ꝛ h̄ qdē mot⁹ ex neccita
te ꝯſeqtur ī hoīe ad ſimplicē motū volūtatꝭ:
qꝛ nālr̄ appetit⁹ inferioꝛ ſeqtur motū appeti
tus ſupioꝛis niſi aliqd repugnet.ꝛ iō nō pōt
totalr̄ deficere mot⁹ ire ī appetitu ſenſitiuo:
niſi p ſubtractōem vel debilitatē voluntarȷ
mot⁹.ꝛ iō ex ꝯſeq̄nti ēt defectus paſſionis
ire vitioſus ē:ſicut ꝛ defect⁹ volūtarȷ mot⁹

ad puniēdū ſm iudiciū rōnis. ¶ Ad pͥmū ğ dicendū ꝙ ille q totalr̄ nō iraſcit̃ cū dz iraſci: imitat̃ qdē deū q̄tū ad carētiā paſſionis nō aūt q̄tū ad hoc ꝙ ds ex iudicio punit. ¶ Ad ſecūdum dō ꝙ paſſio ire vtilis ē ſicut ⁊ oēs alij mot⁹ appetitus ſēſitiui ad hͦ ꝙ hō p̄ōpti⁹ exequat̃ id qͦ rō dictat: aliogn fruſtra eēt in hoīe appetitus ſenſitiuus: cū tñ nā nihil faciat fruſtra. ¶ Ad tertiū dō ꝙ in eo q ordinate agit iudiciū rōis nō ſolū ē cauſa ſimplicis mot⁹ volūtatis: ſʒ ēt appetitus ſēſitiui: vt dictū eſt: ⁊ iō ſic remotio effect⁹ eſt ſignū remotōis cāe: ita etiā remotio ire eſt ſignū remotōis iudicij rōis.

Deinde ꝯſiderādū eſt de crudelitate. Et circa hͦ querūt̃ duo. pͥ vtꝝ crudelitas opponat̃ clementie. 2ͦ de comparatiōe ei⁹ ad ſeuitiam vel feritatem.

## Ad primum ſic procedit̃.

Videt̃ ꝙ crudelitas non opponat̃ clemētie. Dicit.n. Seneca in.2. de clemētia: ꝙ illi vocant̃ crudeles q excedūt modū ī puniēdo qͦ ꝯ̄riatur iuſticie. clemētia āt nō ponit̃ ꝑs iuſticie ſʒ tꝑantie. ğ crudelitas nō vr̄ opponi clemētie. ¶ P. Jere.6. dr̄. Crudelis eſt ⁊ nō miſerebit̃: ⁊ ſic vr̄ ꝙ crudelitas oppōatur mīe. ſʒ mīa nō ē idē clemētie: vt ſ̄ dictū ē. ğ crudelitas nō opponitur clemētie. P. Clemētia ꝯſiderat̃ circa īflictōez penaꝝ: vt dictū ē: ſʒ crudelitas ꝯſiderat̃ ī ſubtractiōe bñficioꝝ ſʒ illō ꝓuer.xi. Qui āt crudel̄ ē ēt ꝓpinqͦs abijcit. ğ crudelitas nō oppōitur clemētie. Sʒ ꝯ̄ ē qͦ dic̄ Seneca ī li. de clemētia ꝙ opponitur clemētie crudelitas q̄ nihil aliud ē q̄ atrocitas ai ī exigēdis penis. ¶ Rͦ dicendū ꝙ nomen crudelitatis a cruditate ſūptū eē vr̄. Sic āt ea q̄ ſunt cocta ⁊ digeſta ſolēt hr̄e ſuauē ⁊ dulcē ſaporē: ita illa q̄ ſunt cruda hñt horribilē ⁊ aſperū saporē. dictū eſt āt ſ̄ ꝙ clemētia iportat q̄dā ai lenitatē ſiue dulcedinē ꝑ quā aliqs ē diminutiuus penaꝝ. vñ directe crudelitas clemētie opponitur. ¶ Ad pͥmū ğ dō ꝙ ſicut diminutio penaꝝ q̄ ē ſm rōez ꝑtinet ad epicheiā. ſʒ ipſa dulcedo affect⁹ ex qua hō ad hͦ īclinatur ꝑtiet ad clementiam: ita etiam ſuperexceſſus penarum quantū ad id qͦ exterius agit̃ ꝑtiet ad iuſticiā: ſʒ q̄tū ad auſteritatē ai ꝑ quā aliqs ſit promptus ad penas augendas ꝑtinet ad crudelitatē. ¶ Ad ſcōm dō ꝙ mīa ⁊ clemētia ꝯueniūt in hͦ ꝙ vtraqʒ refugit ⁊ abhorret miſeriā alienā: alr̄ tñ ⁊ alr̄. nā ad mīam ꝑtinet miſie ſubuenire ꝑ bñficij collatōem. ad clemētiā āt ꝑtinet miſiā diminuē ꝑ ſubtractōez penaꝝ: ⁊ qꝛ crudelitas ſuꝑabūdātiā in exigēdis penis iꝑortat: directi⁹ oppōitur clemētie q̄ mīe: tñ ꝓpt̃ ſilitudinē haꝝ v̄tutū accipitur q̄nꝫ crudelitas ꝓ imīa. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ crudelitas ibi accipitur ꝓ imiſicordia ad quā ꝑtinet bñficia nō largiri. q̄uis ēt dici poſſit ꝙ ipa bñficij ſubtractio q̄daꝫ pena eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit̃.

Vr̄ ꝙ crudelitas a ſeuitia ſiue feritate nō differat. Uni.n. v̄tuti ex vna ꝑte vnū vitiū vr̄ eē oppoſitū. ſʒ clemētie ꝑ ſuꝑabundātiā opponitur ⁊ ſeuitia ⁊ crudelitas. ğ vr̄ ꝙ ſeuitia ⁊ crudelitas ſint idē. ¶ P. Jſidor⁹ dicit ī li. ethimol. ꝙ ſeuer⁹ dr̄ q̄i ſeuus ⁊ fer⁹ qꝛ ſine pietate tenet iuſticiā: ⁊ ſic ſeuitia vr̄ excludē remiſſionē penaꝝ ī iudicijs: qͦ ꝑtinet ad pietatē. hͦ āt dictū ē ad crudelitatē ꝑtinere. ğ crudelitas eſt idē ꝙ ſeuitia. ¶ P. Sicut v̄tuti opponitur aliqͦ vitiū ī exceſſu: ita ēt ⁊ in defectu: qͦ qdē ꝯ̄riatur ⁊ v̄tuti q̄ ē in medio: ⁊ vitio qͦ ē in exceſſu. ſʒ idē vitiū ad defectū ꝑtinēs opponitur ⁊ crudelitati ⁊ ſeuitie: videlʒ remiſſio vel diſſolutio. dicit.n. Greg.2ͥͦ moral̄. Sit amor ſʒ nō emolliēs. ſit rigor ſʒ nō exaſperās: ſit zelus ſʒ nō imoderate ſeuiēs: ſit pietas: ſʒ nō plus q̄ expediat parcēs. ğ ſeuitia ē idē crudelitati. ¶ Sed ꝯ̄ eſt qͦ Seneca dicit in.2. de clemētia ꝙ ille q nō leſus nec pctōi iraſcitur: nō dr̄ crudelis ſʒ fer⁹ ſiue ſeuus. ¶ Rñdeo dō ꝙ nomen ſeuitie ⁊ feritatis a ſilitudīe feraꝝ accipitur q̄ ēt dicūtur ſeue. h⁹ṁ.n. aīalia nocēt hoīb⁹ vt ex eoꝝ corꝑib⁹ paſcātur: nō ex aliq̄ iuſticie cā: cui⁹ ꝯſideratio ꝑtinet ad ſolā rōez: ⁊ iō ꝓprie loq̄ndo feritas vl̄ ſeuitia dr̄ ſm quā aliqs in penis īferēdis nō ꝯſiderat aliquā culpā eius q punitur: ſʒ ſolū hͦ ꝙ delectatur ī hoiū cruciatu. ⁊ ſic pꝫ ꝙ ꝯtinetur ſub beſtialitate. naꝫ talis delectatio nō ē hūana ſʒ beſtialis ꝓueniēs vel ex mala ꝯſuetudīe vl̄ ex corruptōe nāe: ſicut ⁊ alie h⁹ṁ beſtiales affectōes: ſʒ crudelitas non ſolum attendit culpaꝫ in eo qui

puniꝛ:ſed excedit modũ ĩ puniẽdo:ꝛ iõ cru delitas differt a ſeuitia ſiue feritate ſicut ma licia humana a beſtialitate: ut dr̃ in.7.ethi. ¶ Ad primũ ğ dõ ꝙ clemẽtia ẽ v̄tus huma na:vnde directe ſibi opponiꝛ crudelitas que ẽ malicia humana.ſed ſeuitia vł feritas cõti neꝛ ſub beſtialitate:vñ nõ directe opponiꝛ clemẽtie.ſꝫ ſuperexcellẽtiori v̄tuti quã ph̃s vo cat heroycã vł diuicã:q̃ ſm nos videꝛ ptine re ad dona ſpũs ſancti.vñ põt dici ꝙ ſeuitia directe opponiꝛ dono pietatis. ¶ Ad ſcd̃m dõ ꝙ ſeuerus nõ dr̃ ſimpl'r ſeuus:qꝛ hoc ſo nat in vitiũ:ſed dr̃ ſeuus circa feritatẽ ꝓpter aliquã ſilitudinẽ ſeuitie q̃ non ẽ diminutiua penaꝝ. ¶ Ad tertium dõ ꝙ remiſſio in pu niẽdo nõ ẽ vitiũ niſi inq̃ꝫtũ ꝑtermittiꝛ ordo iuſticie quo aliquis d̄beret puniri ꝓpter cul pã quã excedit crudelitas:ſeuitia aũt penit⁹ hũc ordinẽ nõ attẽdit.vñ remiſſio punitõis directe opponiꝛ crudelitati non aũt ſeuitie.

D**Einde ↄſide** randũ eſt de modeſtia. Et ꝑ̊ de ipa in cõi. 2° de ſingu lis q̃ ſub ea ↄtinenꝛ. Circa ꝑmũ querũtur duo. ꝑ̊ vtrũ modeſtia ſit pars temperantie. 2° que ſit materia modeſtie.

## Ad primum ſic pro

cediꝛ. Videꝛ ꝙ modeſtia nõ ſit ps tꝑantie. Modeſtia.n.a modo dr̃.ſed ĩ oĩbus v̄tutib⁹ reqriꝛ modus:nã v̄tus ordinaꝛ ad bonũ. bo nũ aũt vt Aug⁹ dicit in li.de nã boni:cõſiſtit in modo:ſpe:ꝛ ordine. ğ modeſtia ẽ gnãlis virt⁹.nõ ğ dꝫ poni ps tꝑantie. ¶ ꝑ̃. Laus tẽ perãtie videꝛ ↄſiſtere ꝑ̃cipue ex q̃dã modera tõe:ex hac aũt ſumiꝛ nomẽ modeſtie.ğ mo deſtia ẽ idẽ qd̃ tꝑantia:ꝛ nõ pars eius. ¶ ꝑ̃. Modeſtia vr̃ cõſiſtere circa ꝓximoꝝ corre ctõem:ſm illud.2. ad Thimo.2° Seruũ dei nõ opꝫ litigare:ſed mãſuetũ eſſe ad oẽs: cũ modeſtia corripiẽtẽ eos q reſiſtũt v̄itati:ſed correctio delinq̃ntiũ ẽ actus iuſticie vł cari tatis:vt ſ̄ hitũ ẽ.ğ vr̃ ꝙ modeſtia magis ſit ps iuſticie q̃ꝫ tꝑantie. ¶ Sed ↄ̃ ẽ ꝙ Tulli⁹ ponit modeſtiã ptẽ tꝑantie. R° dõ ꝙ ſic ſ̄ dictũ ẽ:tꝑantia moderatõeꝫ adhibet circa ea in qbus difficillimũ ẽ moderari.ſ.circa ↄcupiſcẽtias delectatõum tact⁹.vbicũqꝫ ãt ẽ aliq̃ v̄t⁹ ſpãl'r circa aliqd̃ maximũ:opꝫ eſſe aliã v̄tutẽ circa ea q̃ mediocriꝛ ſe hñt: eo ꝙ opꝫ q̃ꝫtũ ad oĩa vitã hoĩs ſm v̄tutes eẽ regu latã ſic ſ̄ dictũ ẽ:ꝙ magnificẽtia ẽ circa ma gnos ſũpt⁹ pecuniaꝝ:ꝑter quã ẽ neccĩa libali tas q̃ fit circa mediocres ſũpt⁹.vñ neccĩuꝫ eſt ꝙ ſit q̃dã v̄t⁹ moderatiua ĩ aliis mediocrib⁹ ĩ qbus nõ ẽ ita difficile moderari: ꝛ h̃ virt⁹ vocaꝛ modeſtia:ꝛ adiungiꝛ tꝑantie tanq̃ꝫ ꝑn cipali ¶ Ad ꝑmũ ğ dicẽdũ ꝙ nomẽ cõe q̃nꝫ appropaꝛ his q̃ ſũt ĩfima:ſicut nomẽ cõe an geloꝝ appropaꝛ ĩfimo ordini angeloꝝ:ita ẽt ꝛ modus q cõiꝛ obſuaꝛ ĩ q̃libꝫ v̄tute appro paꝛ ſpãl'r v̄tuti q̃ in minimis modũ ponit. ¶ Ad ſcd̃m dicẽdũ ꝙ aliq̃ ĩdigẽt tꝑatiõe ꝓ pter ſuã vehemẽtiã:ſicut forte vinũ tꝑaꝛ:ſed moderatio reqriꝛ in oĩbus:ꝛ iõ tꝑantia ma gis ſe hꝫ ad paſſiones vehemẽtes:modeſtia v̄o ad mediocres. ¶ Ad t̄tium dõ ꝙ mode ſtia accipiꝛ ibi modo cõiter ſũpto ꝓut reqri tur in oĩbus virtutibus.

## Ad ſecunduꝫ ſic pro

cediꝛ. Vr̃ ꝙ modeſtia ſit ſoluꝫ circa exterio res actões. Interiores.n.mot⁹ paſſionũ aliis noti eẽ nõ poſſũt.ſed apł's ad Philꝛ.4. man dat vt modeſtia noſtra nota ſit oĩbus homi nibus. ğ modeſtia eſt ſolũ circa exteriores actões. ¶ ꝑ̃. Virtutes que ſũt circa paſſio nes diſtinguũꝛ a v̄tute iuſticie que eſt circa opatões:ſed modeſtia vr̃ eẽ vna v̄tus. ſi ğ ẽ circa opatões exteriores:nõ erit circa aliq̃s interiores paſſiones. ¶ ꝑ̃. Nulla v̄tus vna ꝛ eadẽ ẽ circa ea q̃ ptinẽt ad appetitũ qd̃ eſt ꝓpriũ v̄tutũ moraliũ:ꝛ circa ea que ptinent ad cognitõem:q̃ eſt ꝓp̃e v̄tutũ ĩtellectualiũ neqꝫ ẽt circa ea que ptinẽt ad iraſcibilem ꝛ cõcupiſcibilẽ.ſi ğ modeſtia ẽ vna v̄tus:non põt eẽ circa oĩa ꝑ̃dicta. ¶ Sed ↄ̃. In oĩb⁹ ꝑ̃ dictis oꝫ obſuaꝛ modũ a q̊ modeſtia dr̃.ğ cir ca oĩa ꝑ̃dicta ẽ modeſtia. ¶ R°. dõ ꝙ ſicut dictũ ẽ modeſtia differt a tꝑantia ĩ h̃ ꝙ tẽ perãtia ẽ moderatia eoꝝ q̃ difficillimũ ẽ re frenare:modeſtia ãt ẽ moderatia eoꝝ q̃ ĩ h̃ mediocriꝛ ſe hñt. Diuerſimode ãt aliq ĩ mo deſtia videꝛ eẽ locuti.vbicũqꝫ.n. ↄſideraue rũt aliquã ſpãlẽ rõem boni vł difficultatis ĩ moderãdo illud ſubtraxerũt modeſtie reli quẽtes modeſtiã circa minora. Manifeſtũ ẽ aũt oĩbus ꝙ refrenatio d̄lectationũ tact⁹ ſpãlem quãdã difficultatẽ hẽt.vnde omnes tꝑantiã a modeſtia diſtinxerũt:ꝛ ꝓpter hoc

Tullius ↄſiderauit q̄ddā ſpāle bonū eē i mo
deratōe penaꝝ: ⁊ iō etiā clemētiā ſubtraxit
modeſtie ponēs modeſtiā circa oīa que reli
quūtur moderāda: que qdē videt̄ eē q̄tuoꝛ:
quoꝝ vnᵘ ē motᵘ aī ad aliquā excellētiā: quā
moderat̄ humilitas. ſcđm aūt deſideriū eoꝝ
q̄ pertinent ad cognitōem: ⁊ in h̄ moderat̄
ſtudioſitas q̄ opponit̄ curioſitati. tertiū aūt
qđ ptinet ad coꝛpales motus ⁊ actōes: vt .ſ.
decent̄ ⁊ honeſte fiāt tā in his que ſerio q̄z i
his q̄ ludo agunt̄. quartuz aūt eſt qđ ptinet
ad exterioꝛē apparatū: puta in veſtibᵘ ⁊ i ali
is huiuſmōi. Sed circa quedā eoꝝ alij poſu
erūt q̄ſdā ſpāles v̄tutes: ſicut Andronicᵘ mā
ſuetudinē ſimplicitatē humilitatē ⁊ alia hᵘi
de q̄bus ſ̄ dictū eſt. Ariſtoteles aūt circa de
lectatōem ludoꝝ poſuit eutrapeliā: q̄ oīa cō
tinētur ſub modeſtia ſꝫ q̄ a Tullio accipit̄
⁊ hoc mō modeſtia ſe hēt nō ſolū circa exte
rioꝛes actōes: ſed ēt circa interioꝛes. ¶ Ad
p̄mū ḡ dicenduz q̄ apl's loq̄t̄ de modeſtia p
ut ē circa exterioꝛa: ⁊ tn̄ etiā interioꝝ mode
ratio manifeſtari pōt p q̄dam exterioꝛa ſiḡ.
¶ Ad ſecūdum dđ q̄ ſub modeſtia ↄtinet̄
dv̄ſe v̄tutes q̄ a dv̄ſis aſſignant̄. vn̄ nihil phi
bet modeſtiā eē circa ea q̄ reqrūt dv̄ſas v̄tu
tes: ⁊ tn̄ nō ē tāta dv̄ſitas int̄ ptes modeſtie
adinuicē: q̄ta ē iuſticie que ē circa opatōes
ad tpantiā q̄ ē circa paſſiones: q̄ꝛ in actōibᵘ
⁊ paſſionibᵘ i q̄bus nō ē aliq̄ excellēs difficl̄
tas ex pte mãe: ſꝫ ſolū ex pte moderatōis: n̄
attēdit̄ v̄tus niſi vna .ſ. ſ̄m rōem moderati
onis. Et p h̄ pꝫ ēt r̄n̄ſio ad tertium.

Deinde ↄſide
randū eſt de ſpēbus mode
ſtie. Et p̄ de humilitate ⁊ ſu
pbia q̄ ei oppōit̄. 2° d̄ ſtudio
ſitate ⁊ curioſitate ſibi oppo
ſita. 3° de modeſtia ſ̄m q̄ ē in v̄bis vel fc̄is
¶ 4° de modeſtia ſ̄m q̄ ē circa exterioꝛē cul
tū. Circa humilitatē querūt̄ ſex. p̄ vtꝝ hu
militas ſit v̄tus. 2° vtꝝ ↄſiſtat i appetitu vl̄
i iudicio rōnis. 3° vtꝝ aliq̄s p humilitatē ſe
debeat oībus ſubijcē. 4° vtruz ſit ps mode
ſtie vl̄ tpantie. 5° de cōparatōe eiᵘ ad alias
virtutes. 6° de gradibᵘ humilitatis.

Ad pꝛimum ſic pꝛo
cedit̄. Videt̄ q̄ hūilitas nō ſit virtus. Virtᵘ
.n. impoꝛtat rōnē boni: ſed humilitas v̄r im
poꝛtare rōez mali penalis: ſ̄m illud p̄s. Hūi
liauerūt in ↄpedibᵘ pedes eiᵘ. ḡ humilitas n̄
ē v̄tus. ¶ P̄. Virtus ⁊ vitiū opponūtur: ſed
humilitas q̄n̄qꝫ ſonat i vitiū. dr̄. n. Eccl̄ 19°
Eſt qui neq̄ter ſe humiliat. ḡ hūilitas nō eſt
v̄tus. ¶ P̄. Nulla v̄tᵘ opponit̄ alij v̄tuti: ſꝫ hu
militas v̄r opponi v̄tuti magnimitatis q̄ tē
dit in magna. hūilitas aūt ipa refugit. ḡ v̄r
q̄ humilitas nō ſit v̄tus. ¶ P̄. Virtus ē di
ſpoſitio pfecti: vt dr̄ in .7. phyſi. ſed hūilitas
videt̄ eē iperfectoꝝ. vn̄ ⁊ deo nō ↄuenit hūi
liari: q̄ꝛ nulli ſubijci pōt. ḡ v̄r q̄ humilitas n̄
ſit v̄tus: ¶ P̄. Oīs v̄tus moꝛalis ē circa acti
ones ⁊ paſſiones: vt dr̄ in .2. ethi. ſed humili
tas nō cōnumerat̄ a ph̄o inter virtutes que
ſunt circa paſſiones: nec etiā cōtinet̄ ſub iu
ſticia q̄ ē circa actōes. ḡ videt̄ q̄ non ſit vir
tus. ¶ Sed ↄ̄ ē qđ Oꝛigenes dicit exponēs
illud Luc. p̄. Reſpexit humilitatem ancille
ſue. Hūilitas p̄pe i ſcripturis vna d̄ v̄tutibᵘ
p̄dicat̄. ait q̄ppe ſaluatoꝛ. diſcite a me: q̄ꝛ mi
tis ſū ⁊ hūilis coꝛde. ¶ R̄n̄deo dđ q̄ ſicut
ſ̄ dictū ē cū de paſſionibᵘ ageret̄: bonuz ar
duū hꝫ aliq̄d vn̄ attrahit appetitū .ſ. rōez bo
ni: ⁊ hēt aliq̄d retrahēs .ſ. ipam difficultatez
adipiſcēdi: ſ̄m quoꝝ p̄mum inſurgit motus
ſpei: ⁊ ſꝫ aliđ motᵘ deſpatōis. Dictū ē āt ſ̄ q̄
circa motᵘ appetitiuos q̄ ſe hn̄t p modū im
pulſiōis oꝫ eē v̄tutē moꝛalē moderātē ⁊ re
frenātē. circa illos aūt q̄ ſe hn̄t p modū retra
ctōis ⁊ reſilitōis ex pte appetitᵘ opꝫ eē vir
tutē moꝛalē firmātē ⁊ impellētē. Et iō circa
appetitū boni ardui nccīa eſt duplex v̄tus.
Vna q̄dē que tēperet ⁊ refrenet aīum ne im
moderate tēdat i excelſa. ⁊ h̄ ptinet ad v̄tutē
humilitatis. Alia v̄o que firmat aīum ↄ̄ d̄ſpe
ratōem ⁊ ipellat ipm ad pſecutōem magno
rū ſ̄m rōez rectā: ⁊ h̄ ē magnimitas: ⁊ ſic pꝫ
q̄ hūilitas ē q̄dā v̄tᵘ. ¶ Ad p̄mū ḡ dđ q̄ ſic
Jſidoᵘ dicit in li. ethimol̄. humilis dr̄ q̄ſi hu
mi accliuus. i. imis inherēs. Quod q̄dez cō
tingit dupl̄r. Vnoᵒ ex p̄ncipio extrinſeco: pu
ta cum aliquis ab alio deijcitur: ⁊ ſic humi
litas eſt pena. Alio mō a p̄ncipio intrinſeco
⁊ h̄ pōt fieri q̄n̄qꝫ quidē bene: puta cū aliq̄s
ↄſiderās ſuū defectū tenet ſe i iſimis ſ̄m ſu
um modū. ſicut Abrahā dixit ad dn̄m Gen̄.
18. Loq̄r ad dn̄m meū cū ſim puluis ⁊ cinis
⁊ hoc mō humilitas ponit̄ v̄tus. q̄n̄qꝫ āt pōt
fieri male: puta cū hō honoꝛē ſuū nō intelli
gēs: cōpat ſe iumētl iſipiētibᵘ: ⁊ ſit̄is ſit illis.